



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XV. De Irregularitate ex occisione hominis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](#)

13. Respondeo. Ita videri Gibal. loc. cit. dicto n. 13.
scit. 4. sed oppositum non esse improbable, putat Castrop. loc. cit. favetque Avila, d. 7. d. 10. ab. 8. quoniam si est otium lege.

14. Inquires tertio. Si quis prohibitus sub excommunicatione latet sententia, ne celebret; ipse tamen celebret, unde, & peccet, & in excommunicationem incidat, inquires, inquam, an etiam incurrat in irregularitatem?

15. Respondeo, nequaquam cum Gibal. de irreg. c. 3. g. 2. n. 11. incurrire, quia in illa celebratione incurrit excommunicationem, ergo prius intelligitur jam celebrasse, & deinde incidisse in excommunicationem. Non igitur celebravit cum excommunicatione. Quod si iterum celebret, tunc enim vero violabit Censuram, & irregularitatem effugere non poterit.

16. Inquires quarto. Si quis irreitus Censura exercet actum Ordinis, quem habet, qui actus propter aliquam rationem sit nullus, incurrit in irregularitatem? Absolvat v. g. excommunicatus hominem, qui sine debito dolore ad Confessionem accessit, unde sacilege, atque adeo nulliter absolutionem recipit, eritne hic irregularis? Idem inquire potest, si idem excommunicatus conseretur in aqua, vel in pane non triticico, si baptizetur sine aqua naturali, si Episcopus excommunicatus ordinem feminam, vel non baptismatum, &c.

17. Respondeo. Distinguit Suar. de Censur. d. 11. scit. 3. n. 14. & 15. Si minister hic excommunicatus sciens, actum fore invalidum, si sit se gerat, proficeret v. g. verba extrinsec, sed absque intentione faciendo verum actum, seu verum Sacramentum, non incurrit in irregularitatem, quia actus procedens a ficta intentione non dicitur usus Ordinis. Si vero habeat intentionem verum actum, seu Sacramentum faciendo, sed ex defectu materie, vel alterius circumstantiae Sacramentum non facit, probabilis putat in irregularitatem incurrire, quia tunc ille serius, ac voluntatis conatus faciendo autem, abusus Ordinis est. Scio Pratem, in manu. de Irreg. d. 5. c. 4. §. 1. num. 18. fol. 507, putare etiam in hoc secundo catu non incurrite irregularitatem, sed, quia illum sequi saltem tuius nolo, non est necesse in re rara amplius im morari.

18. Inquires quinto. Si Sacerdos excommunicatus toleratus ad petitionem Fidelium non habentium v. g. alium Sacerdotem, nisi hunc, celebret Sacrum die facto, ut si satisfaciant praeccepto, potestne licet tunc celebrare, & effugere incursum in irregularitatem? Supponimus autem ne is peccet, se posuisse in gratia saltem per contritionem.

19. Respondeo, Castrop. de Conf. d. 2. p. 8. n. 4. videtur concedere his verbis. Ex quo fit, si dies occurrat festivus, neque adest alius Sacerdos, qui Millam populo faciat posse excommunicatum (utique toleratum) celebrare, quia presumuntur populus petere sacrificium necessarium pro praecipto audiendi. Sacrum exequendo, ut bene Navarr. Suar. Filliac. Bonacina. Haec Castropalaus.

20. Inquires sexto. Si is, cui est interdictus ingressus in Ecclesiam, celebret, incurrit in irregularitatem?

Respondeo, incurrit, quia adhuc tunc violat Censuram ut habes apud Suar. de Censur. d. 35. scit. 4. Leandri. de Interd. d. 7. seru per totam, alioque.

§. IV. Quis dispenset in praeceptis ex abuso Ordinis?

1. Regularitatem contractam primo modo ex dictis scit. 1. hoc est ex furta Ordinum susceptione, si tam ea contrahitur, est dispensabilis ab Episcopo si non praecipit prohibito excommunicationis. Id quo modo se habeat, dixi in Tractatu de Ord. cap. 12. a. n. 34. & videtur potest Thefaurus de penit. Ecclesiastico p. 2. V. Ordo 6. 7. presertim §. Adverte secundo. Quando autem crimen est occultum, dispensari semper posse ab Episcopo sic concedente scit. 24. c. 6. de Ref. jam non ignoras.

Parte III.

2. Irregularitatem contractam secundo modo ex dictis in codem §. 1. hoc est ex Ordine suscepito ab uxorio, tunc solum potest Episcopus dispensare, quando sic ordinatus ingredereetur Religionem, mortua jam uxori, vel perpetuo divorcio celebrato.

3. Irregularitatem denique contractam ex usurpatione Ordinis, quem non habes, vel ex prava administratione Ordinis, quem habes, de qua dictum est §. 2. & 3. a solo Pontifice dispensatur, nisi quando est occulta, quae potest ab Episcopo ex dicto Tridentino.

C A P V T XV.

De Irregularitate ex occidente hominis.

§. I. Dispositio eorum, que in hoc capite sunt tractanda.

1. **V**T ex Ordine progrediamur, agam hinc primam, de homicidio casuali, praeter intentionem, & quidem physicè commissio.

Secundo, de codem casuali, sed moraliter commissio, id est orto ex mandato, consilio, &c. ad aliud, quam ad homicidium.

Tertio, de physicè, & quidem injustè commissio ex intentione, id est de homicidio voluntario.

Quarto, de codem voluntariè commissio moraliter, per mandatum, consilium, &c.

Quinto, de mutilatione, que etiam ipsa causa Irregularitatis est.

Sexto, de occidente justè patrata à Ministris justitiae.

Septimo, de eadem justè patrata à milibus in bello.

Octavo, de eadem commissia in sui defensionem.

In re scelentis nodis implexa lucem nobis præferat Lux aeterna.

DE I R E G U L A R I T A T E E X HOMICIDIO C A S U A L I.

§. II. Ex quoniam casuali homicidio incurritur Irregularitas?

1. **H**omicidium, quod casuale appellamus ex eo, quod casu, id est præter intentionem occidentis fit, tribus contingere modis potest.

3. Primo, quando quis nolens occidere quemquam, nec de occidente cogitans, vel subdubitans, opus tamen ponit ex quo omnino per accidens sequitur occidere aliquid, præter suam intentionem. Soler afferri exemplum, ut, si famulorum quis ducat secum ad venandum, & famulus casu decidat ab equo, moriaturque.

4. Secundo, quando quis opus ponit, ex quo non sollet, nec semper, nec sèpè mors alterius sequi, interdum tamen sequitur; ipse autem mortem nullo modo intendit, sed illam prævidens, vel saltē de illa subdubitans, non adhibet remedia, ut non sequatur, vel, si talia remedia non adiungit, non desistit ab opere, ut certè nunc ex justitia desistere debet. Exemplum soler afferri de eo, qui projicit lapides, & ligna in publicam viam, nullo signo dato, que transientes sibi caveant, cur tamē advertat, vel certè de aliquid morte subdubit, quamvis illam non intendat.

5. Tertio, quando quis opus ponit, ex quo soler sequi occidere, caput v. g. inimici graviter frangit, ictum gladii in pectus impingit, &c. animo tamen illum non occidendi, sed solum vulnerandi.

6. Primum ex his dicitur homicidium verè casuale. Secundum dicitur mixtum à casuali, & voluntario. Tertiū, verè voluntarium.

7. iam de hoc tertio verè voluntario agemus §. 7. quando de homicidio voluntario disputabimus. De secundo hic est proprius agèdi locus, nam de primo nihil dicendum erit, quia per omnes hoc legi Fatin. de homic. q. 126. v. 1. & 2.)

L I primo

primo loco dictum homicidium, quod verè, & ex quæcumque parte c. casuale, nullam parit irregularitatem; ad hanc enim, quæ est ex delicto, incurrandam, requiriatur culpa, quæ cum huc absit, aberit, & pœna Irregularitatis, nam propterea plures apud Sayt. de cens. l. 7. c. 6. à n. 29. advertuntur, non affici irregularitate illum, qui, ut gravem lapidis iustum, quamvis joco innissimum declinet, casu in aliis incidit, eumque præcipitavit, vel alio modo ab illo que ipsius dolo occidit, quia tunc mere casualis fuit mors.

8. Porro homicidium mixtum, de quo in hoc §. agendum erit, quodque deinceps brevitatis gratia appellamus casualis (nam primum appellabimus cum addito, verè casuale) vel contingit, dum positivè quis alicui Operi vacat, quod opus aliquando esse posset licitum, aliquando autem illicitum, vel contingit, dum nihil agit, sedum negativè se habens, omittit aliquid agere ex qua omissione mors alicuius consequitur. Habe jam de omnibus his tres Regulas, singulas singulis hujusmodi casibus respondentes.

PRIMA REGULA.

Operi licito vacans.

9. Si rei licite vaces, v.g. si domum destruas, & omnem moralen diligentiam, ne quis offendatur, apponas, clamando v.g. ut quilibet sibi ab lapidum, lignorumque projectione caveat, offendatur tamen aliquis, ac præter tuam intentionem moritur, nec peccas, nec consequenter irregularitatem contrahis. Ita Lefsi. l. 2. c. 9. d. 15. n. 103. Caftrop. de lego penal. l. 2. c. 14. con. I. Gasp. Hurt. de irreg. d. 2. diff. 8. n. 29. Avil. de cens. p. 6. d. 8. sect. 1. dub. 1. Sà V. Irreg. ex deform. licita num. 4. Io P. p. 9. de irreg. d. 11. n. 84. Ratio est manifesta, quia, ut modo dixi, ubi nulla culpa, nulla pena.

10. Contra, si simili rei licite vaces, moralemque diligentiam non adhibeas, unde alicuius mors sequatur; & peccas, & irregularitatem contrahis, si tale periculum prævidisti, licet mortem ullam non intenderis. Ratio est, quia opus illud licitum, illicitum tunc sit in materia homicidi, propter diligentiam non adhibitam. Vides discrimen? in priore casu periculum prævidisti, & sufficienter cavisti; hic vero prævidisti, & tamen nequam cavisti.

11. Rechè ergo Pontifex C. Presbyt. de homic. decrevit, incidisse in irregularitatem Presbyterum, qui puerum intuitu doctrinæ percussit in capite, si puer ex percussione, vel ob infirmitatem ex percussione contractam occubuerit, quia nimur, ut notant DD. apud Barbol. in Collect. ad hoc C. Presbyterum. D. homicidio, percussio fuit excessiva, & consequenter non fuit sufficienter cautum in modo percussione, licet alia verbata ob doctrinam sit res licita. Nam, si percussio (dicunt iidem) fuisse sine excessu, tum quoad numerum, tum quoad qualitatem iustum, Presbyter nec homicida fuisse, nec irregularis. Eodem modo debes discurrere in similibus, quæ afferuntur in Sacris Canonib[us], C. dilectus de hom.

12. Inquires. Si prævidi quidem, sed non cavi ex negligencia, seu inadvertentia in foro conscientiae, & coram Deo, solum culpabilis venialiter, erone tunc irregularis?

13. Respondeo. Non eris irregularis, quia, recte Coninch. de Sacr. d. 18. dub. 9. n. 88. Diana p. 4. tr. 2. ref. 21. Io P. p. 9. de irreg. d. 10. n. 75. Caftrop. de cens. d. 6. p. 15. §. 4. n. 1. alii cit. ut sapè dictum est, tanta pena, quanta judicatur irregularitas ex delicto, de qua loquimur (irregularitas enim ex defectu levitatis non inducitur ex culpa, ut videbimus) non æquum est, ut à levi culpa, proponatur.

14. Dixi (si prævidi quidem) si enim nulla ratione periculum prævideatur, nec subdubitatio occurrat de periculo, quamvis nulla diligentia apposita fuerit, nullum peccatum admissum est, propter inculpabilem inadvertentiam, & consequenter nulla irregularitas. Vnde is esset ille casus dictus in prima Regula n. 1. Vires enim

humanas superat, ut quis diligentiam adhibeat ad virginatum periculum, de quo nihil in mente venit, ut nouit rechè Meroll. t. 1. d. 1. c. 2. n. 18.

15. At vero, si dubium tibi sece obulit, vel suscipio, quamvis levis, de periculo aliena mortis affectu, & tua actione, nec tamen tu curasti venit, ut possit indagare, peccasti profecto sive mortaliter, sive venienter ad membrum, ut nō dicam, negligenter, quamvis posuisti; & quidem, mortaliter, irregulariter etiā, si non maliter, non eris, ut jam dictum est.

Operi illicito vacans.

16. Sive opus, cui vacas, sit illicitorum in quacunque materia, v.g. materia luxurie, furti, &c. sive etiā in materia homicidii, hoc est, sive vacas operi, cui est nexum periculum mortis, v.g. projectioni lapidum, explosioni bombardæ, &c. semper pari modo, ac in praedictis dictum est, excusaberis aut irregularitatem, si non prævidisti, nec subdubitasti de homicidio, vel, si diligisti, sufficienter per similem diligentiam, quam idem dicas, præcavisti: Secus, non excusaberis.

17. Hanc regulam non omnes admittunt: probabilissima tamen est, & mihi certa in alia materia quæcumque, & satis probabilis in materia homicidii. Ratio est, quæ dicta est de opere licito, nam etiam hic, dum vacas operi, cunctumque illicitorum, homicidium sive modo voluntarium est, unde, nec culpabilis, & consequenter, non inducens irregularitatem; neque enim, actionem esse quomodo cumque illicitorum, trahit materialis homicidii voluntarii, si, quod eventum homicidii sufficienter cautum sit.

18. Rechè ergo de illo, qui equos furripit, à quibus, dum eos fur abducet, mulier quemdam confundit, & abortum passa, statuit Pontifex C. Quoniam dicitur, furti reum esse, verum, si ipsius voluntatis penitentia non agnoscitur (quia scilicet, ut nota Glotta, amittere prononuit, addamini nos, vel nullo modo de danno subdubitavit) aliqua legali pena affici non debet. Constat Grianus, de cens. V. Frater Minor, qui bene ait, Fretum Franciscanum, qui equitando calu puerum occidit, peccare quidem contra regulam sua Religiosissimæ gularum non esse.

19. Contra, Rechè idem Pontif. x. C. comincharta de homicidio cum narrasset, quosdam Clericos reddentes a cultura vineæ lusilli hac conditione (quæ tunc era in usu) ut victor uteretur victo pro equo, quendam autem viætorem insiliisse, quasi equitatum, in Diaconum viætum, & sic a falce iphusinet Diaconi qui est præcinctus, mortale vulnus accepit, & post octo dies ex eo vulnera interiisse, cum inquit, id Pontifex narrasset, rechè prohibet, ne Diaconus acedat ad Secordiorum, & ne in Diaconatu ministret, quia, ut notat Suan. de Censur. d. 45. sect. 5. n. 3. Henr. l. 14. cap. 15. art. 1. aliquid Diaconus concius confundens insiliendi, dimidiet at falce præcinctus, non sufficienter cavit periculum alterius.

20. Illud tamen, quando vacas operi illicitorum in materia homicidii, est diligenter advertendum; quando enim, teste Vertic. tr. 8. quæst. mor. 60. à n. 6. tum opus est valde connexum cum periculo mortis alterius, semper irregularis ex homicidio, voluntario pronuntiandus est, qui præsumeris, voluisse malitiōsè in causa illud homicidii, cum opus connexum periculo homicidii suscipiat, ac in foro conscientiae, & coram Deo, verè tu non es irregularis, si non prævidisti periculum, nec de co subdubitasti, vel, si subdubitasti, sufficienter cavisti. Quod si aliquo tandem modo de periculo suscipias, etis irregularis, quia, vel debebas sufficienter periculum cavaris, vel, si caveri non poterat, opus erat omnino ab illa actione defestare.

21. A que in his eveniibus, si certò seias, nullam in te adfuisse negligientiam gravem, seu nullam te mortalem culpam commississe an otio scandalo, poteris te garnire, tanquam liberum ab irregularitate, quia presumptio, exerceo.

exterior veritatem non laedit. Ita Suar. de Cens. 45 sct. 5. num. 8. Contra vero, si exterior judicetur, nullam fuisse culpam, vel satis levem, tamen conscientia est, te graviter deliqueris, obligaberis, ut verum irregularem te gerere. Leges circa predicta Doctores passim, scilicet Coninch. de Sacr. d. 18. dub. 9. n. 80. S. V. irreg. ea defet. licita. Fill. tr. 20. c. 3. a. n. 64. G. Hurt. de irreg. d. 2. diff. 8. a. n. 20. Dian. p. 4. tr. 2. ref. 20. Io. Prepar. 9. 5. de irreg. dub. 10. n. 63. Gibal. de irreg. 4. 4. 2. n. 8. alia exempla adducentem.

22. Objicis. Si opus illicitum, cui tu vacas, Irregularitatem ex te non afferit, eut Pontifex in multis Sacris Textibus est ad eum sollicitus in examinando, an committens homicidium casuale, operam dederit rei licet, an illicita.

23. Respondeo. Quia sic melius sit iudicium de animo occidentis, nam adversus eum, qui operi illico vacat, facilius presumitur, seu colligitur voluntas occidenti; sed non cavendi homicidium, quam in eo, qui operi licito vacat. Addit, ejusmodi examen non raro fieri ad augendas, vel minuendas peinas homicidiis, & ad faciliorem reddendam, vel difficultatem irregularitatis dispensationem. Aliam responsione afferit Suar. L. c. 6. n. 3. cui adheret Coninch. L. c. d. 9. n. 87. aliam G. Hurt. de irreg. d. 2. diff. 8. a. 29. aliam Io. Præpositus, quos legem.

24. Ex predictis duabus Regulis colligitur, quid dicendum de quibusdam casibus specialibus.

De Venatione.

25. In quacumque Venatione. De hac Cleric. Venat. Vide Sayr. de cens. l. 7. cap. 6. n. 18. Avil. de cens. p. 7. d. 6. sct. 1. d. 1. fine. Farin. frag. p. 2. V. irreg. 5. 41. sive Clericus (qui interdicta est Venatio clamofaria) live Laicus, si feram volens sagitta trahere, vel vulnerare felop, hominem infidus latenter occidat, non irregularis si per invincibilem ignorantiam ibi latere hominem, non adverterat, nec suspicatus sit, & suspicatus si fecerit, cautele se gefist (in hac voce, cautele, significo debitas cautelas modo in praecedentibus dictis) secus irregularis erit. Idem die de eo, qui foveam, seu laqueum aptat ad feras, & casu in illa impingens homo moriatur.

De Nutrientibus feras.

26. Idem sub eadem distinctione dic de nutrientibus feras, puta Leones, Vagos, Canes, si quando mortem haec bruta alicui afficeret, eris enim irregularis, si ea non custodivisti, ne nocerent: non eris, si cautele te gefisti. De his lego Avil. L. c. d. 7. Sayr. L. c. n. 19.

De Ludentibus.

27. Idem sub eadem distinctione, si lufisti. De hoc vide Maiolum de irreg. 1. 5. cap. 48. §. 3. n. 2. Vgol. de irreg. c. 22. n. 2. concil. 34. aliquo ibid. citatos. Sive enim ludus sit licitus, ut pilæ, Trochi, &c. sive sit illicitus in alia materia, ut alcarum, Taxilorum, &c. sive illicitus in materia homicidi, qualis est hastilidum, tractatio gladiorum, Taurorum agitatio, non eris irregularis, secura alicius morte, si sufficienter morti confulisti, eris, si non confulisti, & modo dicto, cautelas non adhucibisti. Debueras autem omnino ludum relinquere, si sufficienter provide, non poteras.

28. Si ad domum tuam vocares, vel ad admitteres ludentes, etiam ludis ordinariis, si eos cognoveris facile deveneros ad arma, rixasque, te fore irregularem, morte alicius secuta, puto; quia tunc es cooperator homicidi.

29. Idem sub distinctione predicta de ludente cum muliere graviida, & universaliter cum ludente, sive joante quomodocumque cum alio. Si quis enim gravida v. g. exciteret ad choreas agendas, vel puellæ meticulous jocans repentinum incutias timorem, unde mors sequatur concepti fetus animati, non eris immunis ab irregularitate, si malum suspicatus cautele non gefisti, sed tristis omnino liber. Ita Henr. cum aliis l. 1. 4. cap. 15. num. 4.

Pars III.

quicquid sentiat Fariz. L. c. n. 40. si inculpate nihil es suspicaris, vel, si suspicatus geisti te cauge, &c.

30. Is, qui in ludo v. g. pilæ, dum adversarium propellit, ne pilam præcipiat, vel dum pilam jacit, puerum in aream prospicientem, vel illae fortè transeuntem interficit. Is, qui dum cum aliis collectatur, aliquem de more impellens, casu occidit. Is, qui dum nivis globos in adversarios per jocum projiciens, aliquem feriat lapide forte in globo nivis latente, occidatque. li. inq. am. regulariter ab irregularitate non afficiuntur, quia semper supponuntur nihil periculi advertisse: nam fecus, afficerunt sine dubio, si debite non evenerunt.

De Equitate.

31. Item sub eadem distinctione dic de licet, vel illicite equitante in equo intractabili, ac feroci. Leges Avil. loc. cit.

De cedente ligna, & similibus.

32. Idem de cedente ligna; seu arbore, sive suam sive furtivè alienam, sive contra superioris prohibitionem: Idem de attollentibus, vel pulsantibus Campanam. Leges Claram, in prax. crim. V. homic. Farin. tit. de hom. q. 1. 26. Idem de projicie ligna, lapides, regulas, ut supra insinuatum est.

Dubium incidentis de casu, quo plures incaute projectant lapides, vel similia.

33. Si plures lapides, plures sagitte, plura similia à pluribus projectant incaute, & constet præterea mente quipiam fuisse ex illis occisum, ignoretur vero ex cuius iectu, neminem fortè irregularem, docet Avila, quia quilibet (ait) potest prudenter sibi persuadere, non fuisse suum lapidem, suam sagittam, &c. causam mortis.

34. Evidem id probo, si projectantes sint valde multi: at vero, si fuerint pauci, quales certè essent duo, vel tres, quilibet prudenter poterit judicare, vel saltem dubitare, suum lapidem fuisse causam homicidi; dubius autem de facto homicidio se debet tenere homicidam, atque ad eum irregularem, ut supra Cap. 5. num. 6. ex cap. Ad audiendum de homicidio dictum est.

35. In d. ut recte notat Castrop. de Cens. d. 6. p. 15. §. 6. p. 2.) quando sunt etiam valde plures, qui lapides projectant, si quis ex illis propter peculiarem aliquam circumstantiam, dubitet, suum lapidis iectum fuisse causam mortis alterius, debet, propter eandem rationem dubii, se gerere, ut irregularem, eo modo, quo dixi l. c.

36. Nec te tamen prætereat, nos hic loqui de projectibus singulis pro se, nam si sit actio aliqua communis omnium, ut est in exercitu, quando omnes unico communique consenserint sagittas, v. g. in adversarios, dicimus infra §. 14. n. 1.

TERTIA REGULA.

Omittens aliquid agere, unde mors alteri sequatur.

37. Vel omittens aliquid, quod ex justitia agere debes, vel quod ex charitate, quæ quia diversum jus fortuntur, separatum sunt explicanda.

38. Quod prius, Omittens, seu non prohibens aliquid, ad quod tenebatur quis ex justitia, si ex ea omissione sequatur mors alterius, tantum peccat, quanta est omissons malitia, de qua te disciri locutus sum l. 6. in Dec. c. 3. §. 1. a. n. 8.

39. Supposita ergo gravitate peccati, sicuti ibidem cum omnibus dixi, incurti obligationem restitutionis, ita ego nunquam tanguam probabilius dico, incurti irregularitatem: licet enim Diana part. 4. tratt. 2. ref. 7. & 8. & p. 7. tr. 5. ref. 28. lege Tancrad. 2. p. tr. 7. qu. mor. 17. late. alios citans dicat, non incurti, quia in jure irregularitas videtur imposita solam cooperanti per influxum positivum ad homicidium, quæ certè sententia probabilis est; probabilitus tamen est incurti, quod ego ibidem.

L. 2 sequetus

400 Lib. X. De Cenf. & Irreg. Tr. IV. de Irreg.

sequitur sum, quia etiam cooperatio negativa est voluntaria, estque causa mortis homicidii, irregularitas autem adnectitur à jure homicidio injusto. Neque minus, si in eodem jure de ejusmodi negativa cooperatio non fiat expressa mentio; sufficit enim, si in ea cooperatione inveniatur tota ratio formalis malitiae injusti homicidii.

40. Nota autem, ut praedicta sententia Diana sit probabilis, debere eam intelligi, quando merè negative fe quis haberet: id quod latè, & clare explicabimus suo loco infra §. 9.

41. Quoad posterius, nempe quod obligationem solum ex charitate, planior est irregularitatis excusatio; Omitens enim ageret id, quod ex charitate quis tenebatur, si ex hac omissione sequatur alterius mors, peccat quidem juxta gravitatem omissionis, ut dictum est: at vero idem in irregularitate non incurrit, si homicidium non intendit. Ratio est, quia haec irregularitas est peccata, quare cum sit odiosa, solum intelligitur imposita propriè dicto homicidio, quod est illud, quod est propriè iniquum, & non quod solum est contra charitatem, ut ibid. diximus.

42. Et rectè Henr. de irreg. c. 3. n. 4. in Gloss. liter. X. Circa Irregularitatem, inquit, homicidii oportet, illud esse contra Iustitiam, & idem censendum est de Irregularitate, & obligatione restitutionis, que restituunt solum debetur, quando contra Iustitiam peccatur. Addidi notanter illud (si homicidium non intendit) propter ea, quæ docui lib. 8. in Dec. tr. 3. c. 2. n. 9.

Denique de dubio homicidii casualis vide, quæ dixi in superiorebus de homicidii dubio c. 5.

III. De homicidio casuali moraliter commissio, id est ratio ex mandato, consilio, &c. datis ad aliud quam ad homicidium.

1. **S**tmandatum, consilium, favor, & similia dentur ad Occidendum, pertinent ad homicidium voluntarium, seu directè volitum, de qua re paulo post disputabimus; autem, ubi de casuali homicidio sermo est, agimus de iis casibus, quando mors alicuius per accidens contingens, ortum habet à mandato, consilio, favore, &c. datis ad aliud, quam ad homicidium.

2. Porro, quicquid dicant Suar. de Cenf. d. 45. sect. 2. n. 3. & 4. Filiu. tr. 20. c. 4. n. 94. & alii, puto cum Io. Piz. pos. q. 5. de Irreg. dub. 10. n. 78. Diana p. 4. tr. 2. ref. 10. alisque, similem, doctrinam posse servati hic, quæ in homicidio casuali physicè patrato servata est. Quare quincunque, præcipiendo, consulendo, hortando, vel alio quovis modo, inducit alium ad actum sive licitum, sive quocumque modo illicitum, qui actus cognoscitur conjungi cum periculo mortis, vel mutilationis, tunc sequitur morte, vel mutilatione, erit irregularis, quando non cavit sufficienter, ne sequeretur. At, si ejusmodi periculum amovisse prudenter censeatur, secutum homicidium ipsi non imputabitur, eundemque nulla irregularitas afficiet. Patet haec regula ex supradictis. Censendum autem est sufficienter præcavisse, si homini prudenti, & cauto, si in talibus circumstantiis, si sub tali modo agendi actus mandetur, ut quilibet prudens judicare possit, cum Suar. Filiu. II. & Farin. Frag. p. 2. V. Irreg. n. 504. Sayr. de Cenf. l. 7. c. 6. n. 2. homicidium nullum, mutilationem mulierum fore patrandam.

3. Hinc, si Ludimagister, etiam disciplina causa, jubeat discipulum iratum, & audacem verberari, quamvis à vito caute, & prudenti, non effugiet irregularitatem, si audax ille discipulus aliquem occidit. Simili modo, nec effugiet, qui puerum incautum mittat ad aquatum ad puerum non circumspicuum, & qui præcipiat, vel der consilium homini inexperto, ut per tegulas, vel loca periculosa inambulet, quamvis prædictus moneat de periculo, proclameretque, ut cautè faciat. Pati item modo, si suades, vel mandes, ut Petrus v.g. aliquid faciat, v.g. ut non fugiat; ut oblitus sit.

xanti, ut ineat duellum, unde prudenter periculum efficitur, si occisionis alterius, irregularis erit, & quidam etiam occidio casualis, si mortem non intendebas; voluntarius si illam intendisti. Ratio prædictorum est, quia in his periculum prævidisti (ut supponimus) nec tam tam scimus illud præcavisti.

4. Hinc contra, si quid jubeas, vel mandes, unde nullum periculum mortis prudenter suscipias potest, unde irregularitatē incurrēs, ut, si sciens naturam delicias, ut natet, si fugienti hostes, jubes filtrare, prudenter ex circumstantiis putans, hostes reniguisse temere secedenti, si navis vento perculsan jubes, ratiō in altum vela facere, quam juxta litus evidēt periculum in scopulis, vel in Syriae impingendū, illam expōnere. In his enim, & similibus casibus, si ab ea sequatur mors, merè per accidens sequitur, cum tu prudenter egeris, irregularitatē timere non debes.

5. Hinc denique, si consilium dedisti Ioanni, v. g. ut Fursum, vel Adulterium committeret, ex quo probabas, ipsum capite plectendum, vel, si consilium dedisti Bertā v. g. ut per rectum ad adulterium committendum déambularet, unde cadens abiit in præcep, diligendū ex dictis est. Nam, si sint tales circumstantiae, ut hīc, & nunc illæ actions sint conjugate cum probabili periculo mortis, irregularis erit, morte fecit, quia tunc peccas etiam contra iustitiam circa matrem homicidii in illo imprudenti consilio. Si sciens, non tunc, quia solum peccas contra alias virtutes, quod solum pertuit docebit Gibal. c. 4. de Irreg. q. 2. n. 19. dum docuit, quod dictos irregularres non esse.

6. Quid autem resolvēs in sequentibus quoniam cibis?

Primus Casus. Antonius mandavit Cæsari, ut occideret Ioannem hominem satis debilis, sed eveniunt liones, quamvis viribus Cæsare inferior, occidet ipsum Cæsarem, etne irregularis. Antonius ex homicidio consulari commisso ex suo mandato?

7. Respondeo, Bonacina, de Cenf. d. 7. num. 17. Huc lib. 2. cap. 16. num. 1. Diana p. 1. tr. 15. ref. 17. diligenter probabilius putant, non esse irregularis, quia sufficere Antonius periculum Cæsaris cavit, dum illam cogivit Ioanne fortiori. Constatuimus potest ex mox dictis num. 10.

Navarus Covar. apud Dian. loc. cit. Io. Piz. pos. 1. Coninc. de Sacr. d. 18. dub. n. 68. Avil. de Cenf. p. 7. d. 6. sect. 2. dub. 5. concl. 4. tamen probabilitē item, alisque ratiōne esse irregularē, quia ipse, id est Antonius, sic debebat, unde scivisse, vel saltē dubitabile pœnitentia, in ejusmodi casibus foleret agnum, ad se defendendum, audaciam Leonis inducere, quare sola cognitio imbecillitatis Ioannis cum excusat non poterit. Excusat ut tamē in fato conscientia, si nihil proforsus dubitasset de morte, vel, si mandavit, ut liones occideretur eminus scelopō, vel sagitta, vel à terra, ita ut prudenter omne periculum sufficere pœnitentia.

8. **S**econdus Casus. Antonius mandat Petro, ut occidat Tictum Petro æqualem in viribus, vel eidem suadet, ut Duellum cum codem Ticio committat. Contingit autem, ut ipse Petrus, præter voluntatem, expectationemque Antonii occidatur, etne Antonii culpabilius.

9. Respondeo. Prima sententia quæ est Suar. quæ citat, sequiturque Castropal. d. 6. de Cenf. part. 1. §. 2. numero 5. citatque item Boycin. & Cominch. idem. atque ab hac non esse feedendum, sive firmat, sive approbat, sive in praxi, docet Surius. Loginum autem de consilio, sed eadem certè est ratio de mandato, vel similibus. Ratio est, inquit, quia absolute loginum, tunc vacas rei illicitæ, & ex se periculosa, quae enim ratio periculosa tibi esse potest ad mortem, quam æqualem aggredi, vel singulare certamine cum te dem pugnare.

10. Secunda sententia quæ est Vasq. quem sequitur, citatque Galp. Hurt. de irreg. 2. ff. 6.n.22. Turr. de cens. 1.8.4.6.3. dub. 4. Inclinit. Io. Præpol. q. 5. de irreg. l. 78. Hent. l. 14. cap. 16. Delugo de lust. d. 19.n.40. in conscientia tantum foro, negat, saltem in foro conscientia, idque etiam, si probabilitate dubitaverit Antonius, Petrum mandatarium exponi vitæ periculo. Ratio est, inquit, quia illud est occidere, vel mandare ut quis occidatur, aliud exponi quampli periculo ut occidatur. Quanvis agere consilium, seu mandatum de occisione activa, ut ita loquuntur, trahat irregularitatem; non tamen irregularitatem trahit consilium, vel mandatum de se expонendo ad periculum ut occidatur, quia de hoc nullum ius extat, ut inter ceteros notat Io. Præpositus modo citatur. Sanè prior sententia probabilis est, de posteriori iudicet Lector.

11. Tertius, casus. Mandavi tibi, ut occides Caium, tu verò occidisti per errorem Sempronium, imputabur me homicide tanquam casuale mihi?

12. Respondeo. Id colligetur ex dicendis mox de irregularitate ex homicidio voluntario §. 7. n. 29. & §. 8. num. 11.

13. Denique in quarto casu amovendus mihi fuit ab amico nimis mercifulio scrupulus, quo timebat, dum perfuderet cvidam profecitionem Indicam ad fidem prædicandam, si hic ab infidelibus esset occisus, ipse amicus reus esset homicidij casualis, atque adeo irregularitatem incureret.

14. Dixi. Idem ergo multo magis timendum esse illi, qui suaderet fideli, ut fidem custodiens, ob sideret Tyranno infideli, unde prævideri facile posset, fidem esse à Tyranno occidendum. Verum, apagè à te timor iste; neque enim putandum est, cum Covarr. in Clem. Furiosus p. 2. §. 5. n. 9. Vgol. de irreg. c. 16. §. 5. n. 1. Ecclesiam velle irregularitate, illum multare, qui animat, erigitque fideles ad fidem tam gloriè defendendam, vel ad eandem per exterias nationes Gentium disseminandam. Vide paulo inferius §. 8. n. 39.

De dubitante, an suum mandatum, &c. concurrit ad homicidium, egi superius universaliter c. 5. §. n. 11.

§. IV. De irregularitate ex morte infirmi, prater voluntatem Medicorum, vel Assistentium.

1. His an universaliter expeditis, remanent tria, de quibus multæ solem dubitationes occurtere, nam propriece fuerunt hinc separatis afferenda. Illa autem sunt. Primo, de morte occasione infirmi, de qua in hoc quarto. Secundo occasione adulterij. Tertio, occasione subitanæ rixæ, de quibus in §. 5. & 6.

Medicus Physicus.

2. Medicinam duplicitis generis facimus: Physicam vocamus alteram, quæ infirmis sine incisione, vel adustione remedia comparitur. Hæc sanc, nec Laicis, teste Sayr. de cens. l. 7. c. 6. n. 14. nec Clericis, nec Monachis interdicta inventum in iure. Alteram appellamus Chirurgicam, quæ feliciter incisione utitur, & adustione, cuiusque usus, tum Monacho, tum Clerico in Sacris prohibitus est C. sent. Ne Cler. vel Monach. Huius autem prohibitionis explanationem pete distinctius à Diana p. 11. n. 7. ref. 8.

3. Quidam priorem ergo affero primo, Medicum Physicianum, nec peccare, nec fieri irregularem, si, cum sit arte peritus, infirmis vacat, deque utilibus, noxiisque monerit artis Canones, præceptaque, quamvis plenisque ex dictis infirmis mors, præter eius intentionem, accidat. Ita habetur cap. Tua nos de homicidio, & ita DD. Panor. in C. Tua nos n. 3. de hom. Sayr. l. c. n. 8. Farin. Frag. V. irreg. n. 43. Vgol. de irreg. c. 19. §. 1. aliquæ passim docent. Rationem habebis mox n. 11.

4. Affero secundo. Eundem Physicianum Medicum, si forte ob negligenciam vel ob imperitiam, vel ob aliud in infirmi curatione contra quintum D. ecclagi præcep-

Pars. III.

tum mortaliter peccat, incurrire in irregularitatem, sequuta infirmi morte. Pater, quia tunc Medicus causa est mortis, ut iidem & fusæ, Gibal. c. 4. q. 2. a. n. 25. notant, Idem dic de Ministris, seu Assistentiis huic Medico, si advertant eius imperitiam, & ipsi cooperentur. Si dubium sit, dixi supra cap. 5.

5. Inquires primo. Si Medicus curare debeat mulierem prægnatam, incurrire in irregularitatem, si pharmacum illi propinet, vel precipiat venæ sectionem, quo patet magnus sit periculum, ne foetus animatus pereat, cum contra, si hæc non precipiat, sit simile periculum, ne pereat mater? Fœtus animatus dixi, nam, si non sit animatus, iam ex alibi dictis l. 6. in Dec. c. 2. §. 4. a. n. 1. scimus, eius interitum non esse irregularitatis causam.

6. Respondeo. An, & quatenus tunc peccet Medicus, dixi satis ibidem. Nunc autem, quoad irregularitatem, sic breviter statue: Si peccet Medicus iuxta ibidem dicta contra quintum Decalogi præceptum, simul incurrit in irregularitatem, si non peccet, irregularitatem non incurrit. Pater id ex dictis, & confirmabitur, explicabiturque ex mox dicendis n. 29.

7. Inquires secundo. Medicus: desperato ægroti, concedens, dari, quolibet cibos etiam noxios, etiæ irregularis, si inde mors, vel eius acceleratio sequatur?

8. Respondeo affirmativè, qua tunc graviter peccat, crudelis est enim ea pietas, quæ, quis citius mortem aliquem subire facit, Nihilominus ut notat ex Galeno Gibalinus de Irreg. c. 4. q. 2. n. 27. V. Septimo Medicus, si iudicet si, non valde laudentia ea vehementer cupientibus exhibetur; tunc enim non videtur, ex illis cibis timeti prudenter posse mors.

Medicus Chirurgus.

9. Monacho, vel Clerico in Sacris, ut modo dixi, verita est Chirurgia, unde sit, ut quia medicina physica non est his interdicta. Ita Sayr. de Cens. l. 7. cap. 6. n. 11. li quis ex ipsius physicam ex arte exercitat, datur exercere opus licitum, ars Chirurgiam, dicant opus illicitum excere.

10. Ex nostra autem doctrina per quem diximus irregularitatem nequaquam pendere ab hac prohibitione, nec ab opere illicito quoconque, sed solum ex eo, quod opus, cui quis vacat, sit causa homicidij, sequuntur ea que hic dicam.

11. Affero enim primo: Si Monachus, vel Clericus in Sacris exercens etiam extra necessitatem Chirurgiam, incidat, vel adurat ex arte, licet peccet contra dictam prohibitionem, quando tamen non apparet culpa homicidij, non fore irregulariter. Ita Coninch. de Sacr. d. 18. dub. 9. n. 87. Io. Præpol. q. 5. de irreg. d. 10. n. 86. Diana loc. mox cit. quamvis præter intentionem accidat infirmi mors, vel eius acceleratio, vel maiestatio, (quæ uno verbo appellare consuevimus deformitatem.) Ratio huius assertoris est, quia irregularitatem non parit mera inobedientia cuiuscumque præcepti, sed actio efficiens reatum homicidij, seu Deformitatis.

Quoniam igitur in casu nostro sufficit, ut cautum est periculo, dum ex arte sit operatio, ideo, non peccabitur contra quintum Decalogi præceptum, nec consequenter timor aderit incuria irregularitatis. Qui cùd ergo in opositum dicat Caltrop. de cens. d. 6. p. 15. §. 4. n. 10. aliquæ apud Diannam p. 4. 11. 2. ref. 14. qui tamen alio in loco nostram sententiam amplectitur. Lege Diannam p. 11. n. 7. ref. 8.

12. Confinnatur, quia, quando adustiones illæ, atque similia remedia fiunt ex arte, mors non præsumitur contingit propter applicationem medicamentorum, sed propter vulneris gravitatem, propter humores gravitatem peccantes, &c.

13. Affero secundo: Si idem Monachus, vel Clericus in Sacris peccet contra artem, exercens incisionem, vel adustionem, unde sequatur alicuius mors, cum foro irregulariter. Pater ex dictis, Idem dic de Ministris

L 13 seu

seu assistentibus dicto Medico, si videant eius imperitiam, & ipsi cooperentur ut in simili dictum est n. 4. Si dubium adsit, supra cap. 5. §. unice.

14. Dices: Si medicus ex arte operans, secuta infirmi morte, nulla irregularitate devincitur, cur iudex ex virtute iustitia malefactorem capite damnans, cuiusdem secuta morte, irregularitatem incurrit?

15. Respondeo, præter voluntatem Pontificis ita disponentes, illa ratio apposite asserti solet, quia index mortem malefactoris, licet iussu, intendit & vult, quæ intentio maculare videtur lepitatem, quam Ecclesia in suis Ministris requirit. At Medicus, & similes, de quibus hic loquimur, nullo modo infirmis mortem, inquit potius sanitatem attendunt. Ita Bonac. de irreg. d. 7. q. 4. p. 6. n. 6.

16. Ex dictis solvi posuimus duo casus, quos sic proposuit Mol. T. 4. tr. 2. d. 57. n. 3.

Primus. Quidam Sacerdos ingravescere per civitem peste, ac deficientibus Chirurgis, multorum aposternata, seu bubonis, ut vocant, incidit, curavitque ea arte ac felicitate, ut ex multis centenis hominibus, quos vita, ac sanitati restituit, duo tantum obierint, fuisse hic irregularis?

Respondeo cum Molina nequaquam fuisse, quia propter epicheiam iudicandum non est, Sacros Canones tantum virtutis ex opere, bonique publici utilitatem tantum, voluisse irregularitate militare.

17. Sed profecto ex nostra doctrina modo allata assentimur. Mol. dicto ibid. Bonac. de Irreg. dist. 7. q. 4. p. 5. num. 4, aliosque, sed clariorem rationem affermus: Nos enim illam reddimus: quia Sacerdos ille ex arte, & cum debitis cautionibus, ac sine ullo peccato, inquit cum insigni Civitatis exemplo incidit, aduersus.

18. Secundus casus. Clericus quidam solum venam aperuit infirmo, unde eidem secuta est mors. Estne Clericus irregularis?

Respondet ibi Mol. Diana p. 4. tr. 2. resol. 24. nequaquam esse, quia venæ scæcio non est Chirurgia, quam Canon supra citatus damnat.

19. Sed iterum ait, et assentiri responsum: at rationi ideo non assentio, quia vena scæcio est pars artis Chirurgica, unde etiam Clericus est interdicta. Ita Bonac. de irreg. d. 7. q. 4. p. 5. n. 5. V. Quarto, Clericum. Solida igitur ratio est, quia dum Clericus aperuit aegro venam ex arte, & omnino apposuit diligenter, ne damnum ipsi sequeretur, non fuit causa mortis: esto per accidentem ea subsecuta fuerit. Quod si non ex arte secuisset, nec periculum mortis præcavisset, eum in irregularitatem incursum fuisse, negabit nemo.

20. Quid si Clericus, vel quilibet alius, cum non adsit homo perfitus in arte, fecerit infirmam venam, vel medicamentum, eidem porrigit, unde mors deinde sequatur, eritne is irregularis?

21. Respondeo. Si supponimus, hæc fieri bona fide, vel in necessitate multo magis, si desperata sit salus aegri, & tua actio, vel medicamentum probabiliter salutem sint allatura, tu non peccas, unde, nec in irregularitatem incurris, in quam certè incurreretis si imprudenter, & incaute te gereres, ut constat ex dictis.

22. Hic denique incederet celebris illa quæstio, an Sacerdos, qui non habens aliam aquam, infamem moribundum projectis in puteum, ut illum baptizaret, an, inquam, incederet in irregularitatem? Verum de hoc casu supra l. 2. de Bapt. c. 1. §. 4. à nobis dictum est.

Aromatarij seu Pharmacopœa.

23. Hi profecto, si medicamenta effecta vendant pro bonis, unde mors alicui sequatur, irregulares sine dubitatione sunt, quia tunc morti iam cooperantur. Contra, non est ratio, unde irregulares sunt, si fideliter se gerant, &c. Leg. Gib. de irreg. cap. 4. quest. 2. à num. 26. Abb. in C. Tua nos num. 4. de hom. Vgol. de irreg. cap. 16. §. 3. n. 1. aliosque.

Infirmarij seu Assistentes agere.

24. Quatuor distinguuntur in re evenus pallia: Primus est, quando Assistantes advenientes contra pacem Medicis, vel temere aliquid aegro propinat, vel circa illum aliquid gerit unde mors consequatur, & hic quatenus ex se pateretur irregularis ex delicto, ita fatus est.

V. irreg. n. 10. ubi de Facie phras.

25. Secundus. Quando aliquid gerit circa emendatione eius mortem accelerat, quavis mons mali, ricordia, ne diutius æger in agonie laboreat, ut in ultimis morientur, ut sic citius moriantur, & tunc irregularis erit, secuta morte, idque ex homicidi voluntarie merito notata Hebr. 14. c. 19. n. 3. etiam si id voluntaria non est, si quidem nec tu, nec ipse estis vita Domini. Ne ego confessus præbeas Avila de cens p. 2. de 6. fol. 1. fine fundamento patenti, illud esse homicidio voluntarium à solo Pontifice dispensabile, quod fit ei immo crudeli, non vero, quod ex committit.

26. Tertius casus est, quando sive ex officio, sive ex superioris iussu, sive ex charitate, infirmi custodiuntur, & nihil positivè agendo, negativè te habentes, etiam per culpabilum moraliter negligentes, ut inde moriantur, & tunc peccabis quidem ex probabilitate intentionis non evadis Irregularis, licet evadis ex probabiliore, ut dixi supra s. 2. à numero 37. & dicimus itus §. 9.

27. Quartus casus est, quando ea quis circa infirmam bona fide gerit, quæ solent ab infirmis, agitantes, assistentibus fieri, & tunc, secuta per accidentem, non erit irregularis. (Quicquid aliqui debito frequenter dixerint in oppositum). Ratio est, quia bona dies & solita officia charitatis non debentur tam rigore pena castigari. Addit, hinc non peccare mortale, si certum est, ergo non incurrit irregularitatem ex delicto, quæ delictum mortale supponit: sed nec incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis, quia hanc non invenit nisi à Ministris iustitia, & in bello iusto, immo nisi p. 1. & latè explicabimus inferius.

28. Hinc ergo, si cibi, potuque aliquid bona fide ægrotis præbeas, sive tuo, sive alterius consilio, sive a consulo Medico, si eundem agrotum in lecto inventum, ut quietiorum situm invenias, si eundem sublevet etiam v. g. capiat commodius, si suadas deambulacionem per cubiculum, ut se aliquantulum exhibitas, eundem verbis aliquando a posterioribus reprehendas, et cum, vel potionem sumat, si hæc, inquit, vel similia circa infirmam bona fide agas, quamvis accidat, sed accidat præter tuam intentionem, mors, Irregularis non erit. De his, & simil. lege Sayr. de cens. l. 7. c. 6. n. 1. fol. 19. c. 16. n. 27. & l. 7. c. 1. n. 102. Dianam p. 3. n. 1. resol. 27. & l. 7. c. 1. n. 5. 6. Castr. de cens. l. 6. fol. 15. §. 5. n. 6. Gibal. de irreg. c. 4. q. 2. a. n. 25. De dubio in dictis dixi universaliter supra cap. 4. §. unice.

Non Medicus tradens punctionem medicat.

29. Si eam des ad occidendum aliquem, vel ad alatum factus animati faciendum, et esse irregulariter homicidio voluntario, nullus ignorat. At in hoc loco querimus, quando ad alium finem potionem eiufiendi propinas, vel medicamentum quoque piam confers, sed inde, præter intentionem tuam alterius intentus consequitur.

30. Propinare autem potes. Primo, ad fanaticum inducendum Secundum, ad non concipiendum prolem. Tertiò, ad eandem concipiendum. Quarto, ad amorem odii excitandum, quod poculum amatorum appellatur solemus.

De primo haec tenus dictum est: De ceteris hic aliud quid est explicandum.

31. De secundo igitur sic habe. Qui medicamentum dat, ad non concipiendum, seu ad factum inanimatum eiiciendum, si sequatur inde mors illud fumentum, irregularis.

irregularis per se fier illa, qui dedit. Ratio est, quia ejusmodi medicamenta, quae sunt causa tanti effectus, praesertim fecerunt ejiciendi, cum sint, teste Gibal, de Irreg. loc. cit. numero 17, persicè admodum violenta, timeri semper debent, ne mortem afferant. Per se, inquam, unde in foro externo prouiniciaberis semper irregularis. At, si coram Deo nihil periculi mortis prævidisti, nec ullo modo dubitasti, mors sumentis erit tibi vere, & per omnia casufulis; quæ juxta superioris dicta, te in foro conscientie irregularē facere, non possem.

32. De Tertio, & Quarto, hoc est de dantibus medicamentis fecunditatibus, vel amatorium, benignius loqui, concedimus; facile enim eos excusamus ab irregularitate, quia haec medicamenta non solent simili esse violentiae. Expendendum nihilominus est genus medicamentorum. Quod si periculorum est, deque periculo tu subdabitisti, irregularē (si illud sumens moriatus) te omnino facimus, quia tunc causa ejus interitus fuisti: Si ne dubitasti quidem, irregularē te doctrina hactenus explicata non facier.

33. Prædictis non obstat Jus Civile, quod tradentes, potionem abortionis, vel medicamentum amatorium morte dampnū. Non obstat, inquam, quia id in Legibus Civilibus disponitur. At nouissimè, quod punitur à Civilibus Legibus pœna mortis, punitur à Jure Canonico pœna irregularitatis. Sic punitur morte peccatum nefandum à jure Civili, at non punitur irregularitate à Jure Canonico. Legi Covar. in Clement. Si furio. p. 2. initio num. 3, Gomez variar. T. 5. cap. 3. num. 33. Carter. in præf. crimin. de homic. §. 1. §. 25. & 26. num. 103. Gibal. c. 4. q. 2. de Irreg. num. 16. aliosque qui prædictas leges affectunt.

§. V. De Homicidio ex occasione Adulterii.

1. **A**ssertio prima. Si adulteram ex circumstantiis prævidit adulteram esse à suis occidendam, nec sufficienter cautè se gessit, in removendo periculo, erit, sequente morte, irregularis, non quidem ex adulterio, quod ex se non est causa proxima mortis, seu non est actio sufficienter directa ad mortem inferendam, sed ex memorato periculo, in quod, spectatis illis circumstantiis. Adulteram concidit. Adulteram, quamvis volentem, quia, neque is, neque haec Domini sunt vita.

2. Si vero sint ex circumstantiæ, ut ejusmodi periculum non afferat, irregularis non erit. Ita Suar. de Cens. d. 46. scilicet. 1. n. 12. Sayt. de Consil. 7. cap. 5. n. 12. Farin. frag. p. 2. V. Irreg. n. 505. alioque; quæ Doctrina conciliat Doctores, quorum aliqui affirmant ex adulterio posse occidere irregularitatem.

3. Quod si periculum mortis prævidisti, & illam intendisti, te esse certo irregularē diximus §. 7. n. 17. Atque haec monito custodienda est etiam in sequentibus assertioribus.

4. Ascertio secunda. Si committas adulterium, etiam incaue, unde maritus advertens uxoris iufidelitatem, se ipsum, propter dedecus inde sibi exortum, occidat, tu irregularis non eris. Ratio est, quia more mortuorum prævidere quidem, & timere poteras de morte uxoris, ad morte Mariti non item. Idem dic, si adultera, ne à marito occidatur, maritum occidat. Fatoe tam, si in aliquo raro cauſe occasione has prævidis, nec sufficienter cavisses, difficile esse, te non pronunciari irregularē, quia, sic, non solum temoram occasionem dedisti talium occasionum, sed verè causam proximam; ad irregularitatem enim contrahendam ex homicidio casuali, non est necesse, ut immediatè sis causa mortis, sed fatis est, si à te actio fiat, ex qua prudenter timeatur mortis periculum, quod sufficiens non caveatur, ut dictum est Sayr. §. 3. num. 2. Sic si mittas puerum ad aquam educendam à puto, advertens ad periculum pueri, si demergatur, eris irregularis, ut supra diximus

quia, quamvis missio aquatum non sit ex se actio conjuncta, seu ordinata ad hominis mortem, est tamen in his circumstantiis, atque adeo ejusmodi missio erit in materia homicidii iuulti.

5. Ascertio tertia. Si, inter colloquendum, referas adulterium mulieris coram marito, vel coram consanguineis, unde adulteria ab aliquo ex his occidatur, irregularitatem non effigies, quia, in hac circumstantia, iusta causa est homicidii. Idem erit, si referas tuo Corivali copulam cum foemina, quam Corivalis petit, unde is foeminam occidat. Ratio est, quia in his circumstantiis solet fieri ejusmodi decisio, & tu eam prævidisti, vel de ea dubitasti, ut supponimus. Quod si nullo modo de ea suspicatus es, vel erant ex circumstantiæ, ut timenda prudenter non esset occidere timere tu non debes irregularitatem. Ita Gibal. de Irreg. cap. 4. quæst. 2. num. 15. Et sane in foro externo Episcopus per indicia, & per ea, que contingere solent, judicabit in prædictis de tuo incursu in irregularitatem. At in foro interno tua te conscientia, adhibito sapientium consilio, condemnabit, vel absolvet.

6. Si ducas uxorem amatam, quam prætendebat alius Corivalis, unde is idem Corivalis ipsam occidat, profecto, si hanc occisionem non prævidisti, certo non es irregularis, at, si eam prævidisti, licet eandem non intenderis, te esse irregularē putat P. Prates in manuscripto Irreg. d. 4. cap. 3. §. 3. num. 24. contra Maiolum, de Irreg. lib. 5. cap. 4. §. 3. num. 16. quia in hac circumstantia causa es mortis. Sed mihi placet sententia dicti Maioli, qui hunc etiam in posteriore hoc casu liberat ab irregularitate, & quidem nihil laborans de ejus ratione, illam ego fati validam affero, quia sine peccato mortali contra Iustitiam in materia homicidii non incurritur irregularitas, ut supra vidimus: at, quod peccatum contra Iustitiam commititur is, qui amatam legitime uxorem ducit & imputet sibi Corivalis, si id ipsi non placet.

7. Ascertio quarta. Si Judex, legitimè procedens, de delicto delato, & probato adulterio damnet, v. g. ad inclusiōnem in Monasterio, maritus autem eam interficiat, non erit Judex irregularis; erit vero, si non legitimè procedat, ut, si v. g. adulterium, quod erit occultum patet. Prior pars hujus assertioris manifesta est, quia, dum judex justum judicium profert, non peccat, inquit ineretur, unde illa mors nullo modo ipsi tribuitur, sed malitia mariti. Posterior pars probatur, quia tunc judex, extendendo fines officii sui, causa est homicidii, Legi Maiolum, loc. cit. n. 15. & Ugolinum de Irreg. cap. §. 7. n. 2. Semper autem intelligo, si de periculo subdabaverit, si circumstantia periculum portendebant, nec sufficienter cavit, &c.

§. VI. De Homicidio occasione subita rixa.

1. **R**ecole, homicidium voluntarium esse, & dici illud, quod sit sub expressa intentione occidendi, quale est illud, quo quis sive occidit, sive occidere aliquem mandat, directè, ut eum inter vivos non amplius esse velit; atque de hoc disputabimus latè paulo post, homicidium autem casuale sive de quo haecenus egimus, est illud, quod sit prius intentionem agentis, quale est illud, quod aliquis facit, non intendendo mortem, sed intendendo aliquod aliud opus, cui adnectitur per accidentem mortis alieuius, quam tamen ipse advertit, hicce, ut dixi, non intendat.

2. Porro homicidium factum in rixa causam esse irregularitatem non est dubium, quia jam tunc iugulat, ut supponimus, occiditur homo: Sed quæstio est, an illud dicatur, & sit absolute voluntarium, an casuale. Id, quod sciens interest permaxime, nam ex Tridentino irregularitas ex homicidio casuali occulto est facilitioris dispensationis, quam irregularitas ex voluntario, & propter alia, quæ dicentur inferiori.

3. Quæstionis hujus decisio pender ex verbis ejusdem

404 Lib. X. De Cens. & Irreg. Tr. IV. de Irregul.

Provocantium, & Aggredientium occiso.

Tridentini. Quoniam ergo nonnulli, ut Salced. Rodriq. Avila apud Castropol. de Cens. disp. 6. p. 15. §. n. 2. Coninch. disp. 18. n. 11. G. Hur. de Irregul. d. 2. diff. 20. n. 66. Diana. Leandr. de Irregul. T. 2. disp. 10. quæst. 12. adducit que Didacum Perez dicentem, ita se sapè responditile de hac quæstione consultum, aliquid apud Dianam, mox cit. nomine homicidii voluntarii, cuius irregularitatem negat Tridentinum, poss' Episcopos dispensare, intelligunt soli homicidium illud, quod per infidias, vel per industria quis committit, quæcumque nos Itali vocamus (Apostato) homicidium autem factum in subitanæ rixa, quamvis sit voluntarium, possitque dici esse ex propofito; tamen, quia non est (Apostato) ideo non excluditur (inquit) à potestate quam Tridentinum. Concedit Episcopis, quæcumque homicidium est occultum, ideo consequenter in hac quæstione non debet vocari homicidium absolute voluntarium, sed casuale.

4. Contra vero alii, ut Mol. tom. 4. tr. 3. disp. 79. n. 7. Stas. de Cens. disp. 44. scilicet 1. n. 3. Dian. part. 10. tract. 11. resol. 16. Castropol. loc. cit. num. 2. videtur initio esse in prima sententia, sed in fine se declarat pro secunda, quia putant, nomine homicidii voluntarii à Tridentino intelligi quæcumque homicidium directe voluntum, sive sit per infidias, sive quæcumque alio modo; homicidium autem factum in subitanæ rixa, ut hic supponimus, sit omnino voluntum directe, licet ex subitanæ passione procedens ideo contendunt, in hac nostra quæstione illud non debere vocari casuale, sed absolute voluntarium & negari à Tridentino Episcopis facultatem dispensandi irregularitatem ab illo, quamvis occulto manantem.

5. Ego hanc posteriorem (quæ certè est communior) sententiam eligo, quia secus videtur vis inferi veribus Trident. scilicet 14. c. 7. de Reform. Illud audi.

Cum etiam (inquit) qui per industria occidere proximum suum, & per infidias, ab altari evelli debeat, quia sua voluntate homicidium perpetraverit, &c. Solus Summus Pontifex dispensat, &c.

Et paulò post: Si vero homicidium non ex propofito, sed casu fuisse commissum narreatur, &c. Episcopus dispensat, &c. modo tamen à nobis infra dicendo §. 17. à num. 10.

6. Notas illam rationem formalem (quia sua voluntate homicidium perpetravit.) At ille, in subitanæ rixa, jam sua voluntate perpetravit homicidium. Notas item illud (non ex propofito, sed casu.) At, qui in subita dicta rixa directe, & ex intentione occidit hominem, non dicitur casu occidere. Casu enim occidere, est, præter intentionem, & indirecte, aliud agendo (ut supra vidi, mutuus) occidere.

Hoc jam statuto; Irregularitates ortas ex occisione sequente in subitanæ rixa, de quibz dubitari solet per sequentes figurationes casuum, percurramus.

Supervenientis occiso.

7. Evaginato gladio rixabar Cum Antonio: id adverentes aliqui mei, sive amici, sive propinqui, sive exterzi, accurrunt ad me defendendum, vel etiam expresse ad occidendum meum inimicum Antonium, ex quibus tamen unius interemptus ab Antonio, vel ab alio fuit, summe egre irregularis, qui nunquam hujus, sed inimici mortem intentabam?

8. Respondeo. Si aliud non addas, ab irregularitate te immunem pronuntio, quia tu, nec intendisti, nec prævidisti hujus tui defensoris interitum. Ita Glossa in cap. Petrus, prima q. 4.

Dixi (si aliud non addas) nam, si concertando cum tuo adversario, conjectasses tuos amicos, seu famulos in necessitatem, ut ipsi gladios educerent, cum tu illos ad huc periculosum, ut lupponi debet, opus induceris, irregularis eris, quia tunc causa mortis fuisse.

9. Convocavi amicos, sive expresse, sive tacite, ad rixam, seu ad homicidium committendum, inducere, sed inde factum est, ut unus, vel plures ex his amicis conciderint, & mortui sint; summe ego irregularis, qui horum interitum nullo modo inventabam, inde ut à occiderentur, strenue contra adversarios pagnerent?

10. Respondeo. In hoc eventu idem refolendum mandatarii, nimis eius probabile te esse, & te non esse irregularum.

11. Idem, quod dico de te principali Auctore rixæ, dic de convocatis ipsis amicis, qui mortem effugerent, nam propter candem rationem probabiliter erant, hi Filiuci tract. 20. cap. 4. num. 12. & probabiliter non sunt irregularis. Ita idem n. 123. Paschal. decif. 42. Suppono autem, nec à te nec ab amicis prædictis illos, qui deinde occisi sunt, fuisse conjectos in necessitate fixandi cum vita periculo: Si enim, ita fuerit, vos fore irregulari res ex homicidio voluntario in causa, certum est, secundum modo in simili diximus, n. 8.

Fortuita occiso ejus, quem occidere non intendit;
Quid si plures occidat?

12. De eo, qui ex errore putans occidere fuisse, vel hominem, alium hominem occidit, an incuria in irregularitatem, lib. 6. in Decal. cap. 4. §. 4. n. 23. a me est putatum est latè. Hic ergo sequentem dumrax casum propono, quem ibi explicare in mente non venit.

13. Titius, in conflixi, tanto impetu in adversum irruit, ut non solum eo iste illum transuertere, rerum etiam alium hominem adversarii coniuncto, lapide, duabus irregularitatibus ex duobus oculis contum Titius, an upam? Idem inquiri potest de occidente plures unica bombardæ explosione, &c.

14. Responso communis est, duas Irregularites incurri, cum nec flaria tamen distinctione, sed explicatio. Si enim Titius duas illas occisiones prævidit, vel de eis dubitabit (ut certè regulariter contingit, si eis aliquis ex comitantibus adversarium) duplex est obnoxios Irregularitatis, alterius, ob homicidium unum voluntarium directe intentum inimici, alterius, ob homicidium casuale non intentum, sed prævisum, & non habenter cautum. At vero, si Titius occitionem alterius nullo modo prævidit (ut facilè occurtere potuit, si cecidit aliquis omnino casu illac transiens) unica tantum Irregularitas subjacebit, quia secundum homicidium fuit Titio pure, & plenè casuale. Id autem intellige (ut supra vidimus in similibus) in foro conscientie, nam fons externum proper actionem tam proxime annexam occisioni secundi hominis, etiam proper hanc, te locande Irregularitati subjicit.

15. Dixi (Responso communis) nam cum hic alio unica tantum actio peccaminorum, argo adeo in sententia multorum unum tantum peccatum modo alibi explicato, posset aliquis dicere etiam unican intenti irregularitatem, sicuti in sententia probabili unica fuisse esset excommunicatio, si illi duo simul occelli fuissent Clerici: quam probabilitatem nos ex Lando admitemus in materia excommunicationis. Quid autem in materia Irregularitatis, dicam infra hoc cap. 15. §. 10. a. 1. commodius. De dubio in prædictis iterum monco, in locutum esse supra cap. 5. §. unico.

S. VII. De Irregularitate ex homicidio voluntario physice patrato.

Quale illud sit, & quando intelligitur esse communis?

16. Diximus §. 2. num. 4. & num. 21. Homicidium voluntarium esse illud quod quis committit, directe illud velendo, sive primo, velendo illud immo-

datur in se, ut si ictum in pectore inimici, ut illum occidat, infigat, sive secundo, volendo illud in causa proxima, ut si sine expresso animo occidendi, cundat ictum in adversari peccatis conjiciat; qui enim causam tam proximam mortis vult, certe, nisi sit amens, vult etiam effectum, id est mortem, sicuti, qui vult ignem, vult etiam calorem. Scio Castropalaus *disp. 6. de Cens. p. 15. §. i.m. i.* asserere, homicidium factum ab eo, qui causam dictam proximan ponit, si si praescindat a voluntate occidendi, esse homicidium casuale: Scio, inquam, id, sed aio, id non occurrit, nisi in planè stulto. Quod si supponas, verò coram Deo hunc, sive per stultitiam, sive per ignorantiam, sive propter aliud, vèrè non advertere ad effectum, id est ad mortem, nec de illa ullo modo subdubitasse, illum jam dixi, *dict. cap. 2. num. 21. tunc coram Deo non est, nec homicidiam, nec irregularē, quamvis in foro externo est pronuntiandus voluntarius homicida.*

2. Porro, cum ex homicidio voluntario nasci irregularitatem omnium gravissimam nemo sit, qui inficiat, solum hic erant nonnulla explicanda, quae rem magis, ac magis illustrent: id, quod faciam, figurando varios casus, qui in hac materia solent à Doctoribus expendi, & in praxi frequenter occuruntur.

PRIMVS CASVS.

Plures graviter eundem successivè vulnerantes.

3. Petrus heri lethiferè vulneravit Paulum probabilitate moriturum ex eo vulnera post quatuor, vel quinque dies. Accedit autem, ut ejusdem Pauli inimicus alius superveniret, nullo communicato consilio cum Petro, & eundem Paulum confoderit, occideritque, estne Petrus irregularis?

4. Respondeo, Covar. in Clem. *Si furios. p. 2. §. 2.n... absolute Petrum irregulariter eniāti ex sequenti discussu: Ille, qui eft reus homicidii in Jure Civili, est etiam reus irregularitatis in Jure Canonico: ac percūtient aliquem vulnero lethali, ut scilicet eo percussus sit certo moriturus, tenetur in Jure Civili reus homicidii, ergo ex Jure Canonico tenebitur, ut reus irregularitatis. Minor probatur, nam si habet Textus. L. Ita vulnerans, f. ad. Aquil. Legē teneri estimati sunt, non solum, qui ita vulnerassent, ut consitit vita privarent, sed etiam bisquorum ex vulnero certum esset, aliquem vita excessarum.*

5. Verum omittinge sensum d. c. legis, discursus hic admittit non habet. Patet, quia in Iure Canonico dubius de facto homicidii irregularis est, ut toties indicavimus, nunquam vero in Iure Civili est puniendus, ut homicida. Rursus, si Index torquenti reum excedat tortura modum, quo fiat, ut reus moriatur, non punitur à Iure Civili pena homicidii, punitur, telle, Henr. lib. 14. cap. 14. num. 5. irregularitate ex delicto à Canonico. Præterea dans poculum, seu venenum sterilitatis, ut homicida punitur à Iure Civili, non autem punitur irregularitate à Iure Canonico, ut nota. Glossa, alijque. Denique, si quis lethaliiter aliquem vulneret, vulneratus autem per miraculum non moriatur, irregularis non erit. Ita Coninch. de Sacram. *disp. 18. dub. 8. n. 60. Ioan. Præp. 3. p. 9. 5. de Irreg. dub. 8. n. 60.* quia vulneratio mortem actu non intulit, erit tamen plectendas, ut homicida.

6. Nos igitur sic expeditius ad propositum easum respondeamus. Vel secundus percussor ita percussit, ut statim Paulus, qui a primo percussore vulneratus fuerat, mortuus sit ex percussione secunda, & tunc dico, Petrum primatum percussorem irregularē non esse. Ratio mihi manifesta est, quia tunc nullo modo mors secuta est ex vi vulneris illati ab ipso Petro. Erit igitur tunc solus secundus percussor irregularis. At vero, si non statim sit mortuus, sed ex intervallo, post aliquod scilicet tempus ab accepto utroque vulnera. Dico, Petrum, ut etiam secundum percussorem, esse irregularis. Ratio item mihi est manifesta, quia tunc mors non solum sequitur ex hoc secundo vulnero, verum etiam ex

primo; duo enim vulnera lethalia actione communi concurrunt ad eandem mortem inferendam, vel certe accelerandam.

7. Quod si fingas casum rarissimum, quo certus sis, mortem ex intervallo secutam à solo secundo vulnero accidisse, libens dabo, secundum tantummodo percussorem esse irregularem. Certus, inquam, sis, nam, si adit dubium ex eius vulnero percussus occubuerit, uterque eritis irregulares, proper doctrinam tortes ex e. Significasti 1. de homicid. replicaram, quemlibet debere, ut irregulare in facto dubii homicidi se gerere.

SECUNDVS CASVS.

Plures eundem leviter vulnerantes.

8. Tertius, Caius Sempronius, sive mutuo consilio, sive separatis vulneraverunt Antonium, singuli leviter. Sed Antonius, sive ob febris ex dictis vulneribus supervenientem, sive ex multo sanguine ex iisdem vulneribus, licet levibus, effuso, diem suum obicit. Omnes ne sunt irregulares?

9. Respondeo, omnes, ut Suar. de Cens. d. 45. §. 3. n. 9. Sayr. de Cens. lib. 7. c. 4. num. 14. Ioan. Præp. 9. 5. de Irreg. dub. 8. n. 59, quia certum est, omnes vulnerantur, & certum est ex illis vulneribus, veluti agmine facto, ex multis causis, Antoniu fuisse interemptum.

TERTIVS CASVS.

Plures, qua graviter vulnerantes, qua leviter.

10. Plures aggredientes Antonium, illum vulnerantur, partim graviter, partim leviter, cum appareat unum, vel alterum fuissit vulnero lethale; non appareat tamen à quo illud processit. Suntne irregulares omnes?

11. Respondeo. Omnes pari modo esse irregulares, quia omnes pariter sunt dubii de facto homicia.

12. Quid, si Titius unus ex his est certus non infelix lethale vulnero?

Respondeo. Si aggressio fuit ex compacto cum aliis, vel eis auxiliu Titius præbuit ad occidendum, erit, & ipse Titius irregularis, siquidem audacior ex comitate factus est ille, qui lethaliiter percussit. At, si haec absfuerint, & certus sis, te nullo modo concurrende ad mortem, non est caput, unde dicaris irregularis. Dico (nullo modo) nam ceterum, ut n. 6. & 7. dixi, communiter mors sequitur ex actione communi omnium vulnerum. Quare si tu aliquo tandem modo, licet leviter, vulnerasti, irregularitate non effugis. Relege ibi dicta.

QUARTVS CASVS.

Quando leve vulnero causa est, ut alter graviter feriat.

13. Ego leviter Petrum vulneravi, sed deinde graviter eundem vulneravit superveniens Titius ex eo, quod Petrus à meo vulnero debilitatus fugere, nec potuit, nec se à Titio defendere, crone irregularis, quandoquidem iam Titius mortuus est?

Respondeo. Si nullum commune consilium cum Titio habuisset de Petro vulnerando, nec de eodem Titio superventuro cogitasti, vel ullo modo dubitasti, reus irregularitate non eris, quia omnino præter opinionem, consensuque tuum factum est homicidium. At, si communicato consilio, eris, ut patet ex dictis: ut etiam eris, si, quamvis, nec communicato consilio, nec morte directe intenta prævidisti tamen, sed non periculum præcavisti, vel, si præcaveri non poterat, ab opere non destitisti, ut etiam ex tortis dictis patet. Legē Coninch. de Sac. d. 18. dub. 8. n. 70. Sayr. l. c. n. 1. 5. Farin. Frag. p. 2. V. Irreg. n. 454. aliosque. Adverte, hinc etiam locum habere doctrinam n. 6. & 7. allatam, puta, an statim, an ex intervallo Petrus obierit.

QVINTVS

406 Lib. X. De Cens.& Irreg. Tr. IV. de Irregul.

QVINTVS CASVS.

Quando levius vulneri supervenit alia mortis causa.

14 Ego idem, qui Petrum leviter, seu certè non lethale vulnerav, jam nunc certo scio, ipsum Petrum diem suum obiisse, ex imperio, vel malitia Medici, vel ex ipsius Petri inimicantia (quod certè non nisi ab excepto, omnibus conjecturis expensis, definiti posse non ignoro) sumne ergo irregulari.

15. Respondeo, Tuum vulnus potuit esse non lethale & ejus generis, ut facili negotio, nulla, vel satis modica curatione sanari potuerit. Sanè tunc ne te habeas pro irregulari, quia sic tota causa mortis fuit à Medico, vel ab ipso infirmo. Ita Diana p. 4. tract. 2. ref. 10. Castrop. de Cens. disp. 6. p. 15. §. 5. num. 5. citans Lessium, G. Hurt. Suar. Coninch. At si dictum vulnus fuit ejus generis, ut diligentio curatione opus fuerit, ut sanaretur, ego cum aliis te habeo pro irregulari, quia quamvis periculum mortis augeretur cursum temporis, vel ob aliam rationem duorum à Medico, vel infirmo; tamen regulariter tunc præsumi, seu censori debet, ipsius tuum vulnus simul cum prædicta alia causa, communis actione, mortem vulnerato attulisse. Dixi (regulariter) nam secus, idem dic, quod modo in simili dictum est n. 7.

SEXTVS CASVS.

Dans, vel vendens arma, vel similia.

16. Titius vendit, vel præbet arma, equum, socios, vi-
tualia Caio volenti quempiam occidere, crinie, eo occi-
so, non solum Caius, verum etiam Titius irregularis?

17. Respondeo, cum necessaria distinctione. Si haec præbeat ad finem occidendi, etiam si sine illis Caius iu-
rus esset ad hominem illum occidendum, immò etiam si illis usus non esset, sed tamen ex illis audactor fuit, &
præceptor ad occasionem patrandam, Irregularis erit
Titius, quia jam est causa homicidii voluntarii. At, si præbuit, nihil mali intendens, & nihil de illa occisione sciens, nihilque suspicens, nullo modo erit irregularis,
quia tunc nulla ratione ipse concurrevit ad occasionem.
Quid si suspicans, at non intendens? Dicam mox n. 20.

18. Ex dictis fit, ut irregularis sit etiam prædictus Ti-
tius, si solam dederit arna defensiva, galeam, clypeum, lo-
ticam, nam semper ex illis sit audactor homo ad ejusmodi
præfaçinora. Ita Bonac. de Cens. d. 7. q. 4. p. 8. num. 35.
alique apud Dianam p. 4. tr. 2. ref. 11. Hurt. de Irreg. d. 2.
diff. 8. n. 32. cui adhaeret Gibal. de Irreg. c. 4. q. 2. num. 21.
doct. solum tunc Titium prædictum fore irregulari:
quando præbendo Caio arna, intendit homicidium al-
terius, fecus non item: cum enim (inquit) his possit Caius
bene vel male uti, imputabitur mors non Titio, sed uni
Caio. Verum non est audiendum, nam ratio ducta à securi-
tate, quam concipit Caius, nimis clare ostendit, imputari
etiam homicidium ipsi Titio securitatem præbenti.

19. Contra ex illo de dictis fit ut, si arna, vel quæ-
cunque alia data Caio nihil præterit concurvant ad occi-
sionem, nec animosiorum illum reddant, nec alio ullo
modo Caius adjuvent, sit, inquam, ut nullum sit caput,
cur debeat Titius irregularitate puniri.

20. Prædicto illud ruit sequens casus de scientia, non
tamen intentione. Petrus à me Mercatore gladiorum,
scoporum, medicamentorum, vel similiuum, quibus quis
uti potest bene, vel male, emit gladium, vel medicamen-
tum violentum, ut aliquem occidat, idque ego, gravi-
deo, sed non intendo, sumne irregularis, si te ipsa sequar-
tur occisor. (Sed non intendo) dixi, nam si intendo, me
esse irregulari, jam ex dictis scio.

21. Respondeo. Si tu prævides, vel suspicatis, Petrum
emere gladium, vel medicamentum illud ad aliquem de-
terminatè occidendum v. g. ad occidendum suum inimi-
cum, vel uxorem suam deprehensam fortè in adulterio,
non possum te teste Sayr. lib. 7. c. 4. excusare ab homici-
dio, & ab irregularitate, quicquid excusat Hurt. loc. cit.

Leanar. de Irreg. d. 10. q. 82. debetbas enim non videris
ne homicida contra justitiam (ne colim contra charita-
tem, ut mutat Hurtadus) cooperari. At si lumen prævi-
deas, vel suspicaris, Petrum emere gladium ad occidi-
dum indeterminatè, ut esset, si emere v. g. ad bellum in
justum committendum, non videris in eis causa pro-
ma occisionis forte sequentia; in illa enim tanta inde-
terminatione occisionis pores probabiliter vidi pati-
tere à gladio à te veniente nullum fusile impulso occidere.
Dixi (ad bellum injustum) nam ad bellum justum, com-
nullo modo tunc pecces, non eris irregularis.

22. Si determinatio sit modica, ut si prævidens
ementem à te gladium velle occidere aliquem ex iuri
inimicis, valde dubito de tua irregularitate, quia videlicet
tunc esse causa proxima, quicquid in contrarium collige-
tur ex Hurtado loc. cit.

23. Si tu compellias Mercatorem, ut vendat gladium
v. g. dicto Petro volenti occidere dictam v. g. uxori,
te esse irregulari, scireta uxoris morte, non vero Mer-
catorem, putat P. Prates in manuſ. de Irreg. d. 45. 447.
fol. 461. quia tunc totus mortalitatis concordia, ea mortali-
tatis causa occisionis refunditur in te cogitatione
vero in Mercatorem coactum. Hoc doctrina sit abolu-
tè prolatæ difficultis est, nisi coactio tanta sit, ut Mer-
cator ad vitandam v. g. mortem suam, vel grave dannum
cogatur vendere, tunc enim sicuti excusat à peccato
cooperationis homicidii à Petro patrandi, ita ab ir-
regularitate; at, si tanta non sit coactio, sed si motu
levis mali non effugiet irregularitatem, ut dicitur p. 4.
§. 4. num. 12.

SEPTIMVS CASVS.

Panientem mortis causam dedisti.

24. Venenum propinnavi meo adversario, vel aliun
lethaliter vulneravi; sed antequam is moratur, vide
me per contritionem penitentia facti, immò antiodi, &
medicamenta diligentissime adhibui, ut morte effuge-
ret: mortuus est tamen: sumne irregulari?

25. Respondeo. Vtique es, qui ejusmodi de penitentia
coram Deo tuam delevit culpam, non vero absolu-
positionem Ecclesiæ volenti. Homicidas ab alio re-
pellere. Lega Suar. de Cens. d. 44. fol. 3. v. 5. Coninch. d.
dab. 8. n. 65. Filliac. tr. 20. c. 1. n. 25. aliosque.

OCTAVVS CASVS.

Associantes Occidentem, &c.

26. Auxilium præbui, astiti, associavi eum, qui humili-
cum interfecit. Sumne irregularis?

Respondeo. Si auxilium, afflitionis, associatio non est
causa efficiax, & preponqua occisionis, non inducit ir-
regularitatem; si sit efficiax, & preponqua sunt indu-
cere. Posterioris modi erit, quando homicida sine coauctio
non occidisset, vel non tam celeriter, vel non tam audiu-
ster, vel non tam secure, nam si nihil horum, modicæ
prioris.

27. Atque hinc fit, ut si tu ad sis in fixa, qua tunc am-
icus rixatur cum suo adversario, sed nesciarit id à tuo
dicto amico, cum tua præfententia nihil addat ut suppone-
mus, nihil de irregularitatibus pena tibi timendum sit,
si ille suum adversarium interficiat. Contradicunt vult Syl-
de Cens. 7. c. 4. n. 11. Ioan. P. ap. d. 5. de Irreg. dab. 8. n. 65.
Vgl. de Irreg. c. 17. §. 1. si te offendas, unde aliquod animi
addatur amico rixanti, quis tunc ab irregularitate se
liberabit.

28. Illud, quod docet Henr. Avila, Nav. citati d. Di-
ana p. 4. tr. 2. ref. 17. cum alius approbare non valo. Si pa-
ter, inquit, afficiet filium rixantem ad finem, ne filius
periclitetur, non erit pater irregularis, si filius aliquem
occidat, quia tunc patet operam dat rei licet: id, in-
quam, approbare, non valo: Ita Ioan. Prepol. loc. cit.

dum enim Filius rixans videt præsentem Patrem, non potest ab ejus præfencia non audacior fieri, atque adeo opera hæc Patris non potest non fieri illicita in materia iustitia. Idem die de amico, idemque de famulo afo- ciantibus, nisi hi essent adeo debiles, sive Senes, sive Pueri, ut claram appareat, associationem esse ad obsequia non facientia ad rixam.

NONVS CASVS.

Occidens unum pro altero.

29. De hoc ita l.6. in Decal. c.4. §.3. n.35. docui. Qui dicunt homicidium unius Clerici pro alio parere excom- municationem, dicunt, & parere irregularitatem ex delicto; nam enim tunc voluit homo occidere hominem. At, qui negant, parere excommunicationem, negant parere irregularitatem. Ita Collig. ex Fragoso de Repub. Chrift. tit. 2.1.1. d.2. §.1. n.36. &c.

Et paulo post. Sanè Farinac. in 4. tit. declarat. fol. 41. col. 1. fine, & affertur à Fragoso apud Dianam p.9. tr.4. resol. 31. fine, affert declarationem Cardinalium, quod mandans occidere Petrum, si Mandatarius occidat Ioan- neu, non incurrit Mandans in irregularitatem. At, certè par videtur ratio in casu nostro. Vtique sententia probabilitatis finis videtur attingere.

30. Hec ibi docui. Adde nunc illud: Si quis cognovit, vel dubitavit, in aliquo loco latere hominem quem- pian, neficiens esse hunc, vel illum, nec sufficienter car- vir, ne homo occidetur, & tamen occidit, irregulariter eum fore per omnes notar. Castrop. de Cens. d.6. p.15. §. 5. n.4. quia tunc jam es voluit hominem occidere, & de fa- cto occidit; non ita fuit in præcedente casu; in eo enim occidens volebat interficere Petrum determinatè, non vero hominem quaecunque, cum ergo Petrum non interfecit, interficerit autem prorsus sine ul. lib. delibera- tionem Paulum, non est mitum, si probable esse diximus, occidentem tunc excusat ab irregularitate.

§. VII. De irregularitate ex homicidio voluntario
commisso moraliter, id est orio ex consilio,
mandato, &c.

1. Si mandes homicidium fieri, vel ad illud consilium des, exhortari, suadeas, moncas, consentias, uno verbo, quomodo docueas moraliter cooperatis, unde occisio aliqua sequatur, eris sine dubitatione irregularis ex homicidio per concursum postivum à te directè, & voluntariè commissum (de casu enim dictum est *sipra* §.3.) Ratio est expressus Textus, c. Sicut dignum §. III; ibique Doctores, extendens irregularitatem ex homicidio ad cooperantes ad illud.

2. Hinc, si Titio affecto injuria dicas. Verè leges nobilium statuerunt, immunit exsitionem viri ingenui, nisi ultione delectari injuria. Si mulieri referenti, se ex te concepisse, tu ipsam doceas, hoc, vel, illo pharmaco solere expelli fecundum animatum, si Antonio mandanti occisionem sui adversarii, tu cum instruis de modo, quo possit adversarius imparatus, vel occulte, vel per insidias occidi; Hinc, inquam, sit, ut fecuta ex vi prædi- citorum verborum occisione, tu in irregularitatem in- cidas; prædictis enim loquendi modis moralis causa ho- micidii es.

3. Quæres primò. Si cui, v.g. Titio, consilium, mandatum, consensum, &c. dem, ut Petrum occidat, quia v.g. me dictus Petrus gravi affecti injuria. Sed deinde dictus Ti- tius affectus simili gravi injuria ab eodem Petro, Petrum occidat, era etiam ego irregularis.

4. Respondeo, non eris, si tuus consensus nihil ope- ratur, et seris, si concusa fuit cum Titio, vel ad occisio- nem patrandam, vel ad patrandam promptius, & obli- natius. Pater ex dictis. An autem fueris concusa, ex cir- cunctantiis est à prudenti colligendum. Quid si id du- bium fuerit? Respondeo. De hoc dixi c.5. §. unic.

5. Quæres secunda. Ita Cæsar ex meo consilio, man- dato, consensu, &c. occidit Brutum, ut, si ego occisi- onem non suassim, certè suassisset aliis; Egone irregula- ris ero.

Respondeo. Quicquid sit, quoad alios effectus, certè loquendo irregularitate, per hoc, quod alius suasset, non effugere potes irregularitatem, quia tu nunc de facto moraliter ad occisionem concurris. Et sicuti, si tu al- quem physicè occideres, quem etiam te non Occidente, occideret aliis, non vitares irregularitatem, ita, si mor- aliter occidisti.

De irregularitate ex mandato.

6. Percurramus separatis, & in particulari coopera- tionem ex mandato, & ex consilio, quæ sunt præcipua capita positivi concursus moralis, juxta horum doctrina- nam facilè judicium feres de aliis capitibus monitionis, suasionis, exhortationis, &c. Nisi etiam velimus dicere, & forte ita est, omnem moralē concussum ad alterum ex his duobus reduci. Cum enim in eo differat mandatum à consilio, quod mandatum datur in gratiam Mandantis, consilium vero in gratiam ejus, cui consilium præbeatur, si moncas, suadeas, roges, consentias, &c. ut fiat homicidium in tuum commodum dicetur illud fieri ex tuo mandato, si eadem facias, ut fiat homicidium in commodum alterius, fieri illud dicetur ex tuo consilio. Scite id confir- mat his verbis Bartolus I. non solum §. Si mandato n.2. ff. de injur. Mandator dicitur ille, qui mandat delictum committi propter se ipsum Mandatorem, & ad satisfactio- nem voluntatis sua. Persuasor dicitur ille, qui persuadet alicui propter ipsum cuiusvis persuasio, & ideo non curvo, qui- bus verbis utatur, sive dicat mando, sive rogo, sive quibus- cunque verbis. Hec Bartolus.

7. Iam vero de mandato hic loquentes, secernamus quatuor certa ab incertis, item quatuor, sed præterea ne omittas regere, quia *sipra* §.3. de concursu morali ad ho- micidium casuale prolatâ sunt, multa enim ibi dicta ad ea qua hic disputantur, maximè scilicet.

8. Certum est primum, te fore irregularē, etiam si Mandatarius non servet modum quem tu præscripsisti in occi- sione facienda. Inquit v.g. occidi tuum inimicum in agro, media scelopi explosione, vel ex veneno, tali, vel tal- die. Ille vero occidit domi, gladi o, alia die. Ratio est ma- nifesta, quia tua iussio substantiam posuit mortis.

9. Certum est secundum, si mandatum sufficiens ei re- vocasti, & revocatio innovuit Mandatario; ipse autem nihilominus occidit, te non esse irregularē, quia revo- cato mandato, quod scilicet Mandatarius, nihil tui con- sensus in ipso remanserit. Idque verum censco, etiam si fi- ete, & solis verbis, sed tamen sufficientibus, revocasti. Quando enim ejusmodi fictio non innescit Mandata- rio (ut tempore his supponendum est) ipsa verba exter- na sunt apta ad extingendum tuum mandatum. Si revocatio tui mandati non pervenit ad Mandatarium, te fore irregularē, ne sic dubium, quia tunc tuum man- datum remanens in Mandatario, causa est mortis al- terius.

10. Certum est tertio, te non fore irregularē, si con- stet, Mandatarium ex tua iussione, nec facte motum ad occisionem patrandam, nec factum esse animosorem, securiorem, &c. sed prorsus eodem modo, ac si tu non mandasset, occidit. Pater ex dictis. Et docet cum multis Gibalin. de Cens. disp. 5. q. 3. n. 21. Si non constet, sed sic dubium, dixi *sipra* c.5. §. 1.

11. Certum est quartum, te non fore irregularē, si mandatisti, ut occideretur Petrus, Mandatarius autem per errorem occidit Paulum, quia, in occisione Pauli, tu mul- tum consensum præcasti. Ita declaratum fuisse à Sacra Congregatione notavi *sipra* §.7. n. 29.

Ignorantia quod mandatum fuerit exceptum.

12. Iam incertum est primò, an sim irregularis, si mandavi

408. Lib.X. De Cens.& Irreg. Tr.IV. de Irreg.

n.2ndavi tibi, ut homicidium committeres, sed nescio, an tu hoc meup mandato exceptis, an non, sed respueris; occidisti enim nullo dato signo mandati excepti, vel repulsi. Quare ego nescio, an tu ex meo mandato, an ex tua voluntate hominem interfeceras.

Respondeo, te esse Irregularis, quia dum mandaisti homicidium, jam suspicatus es de illo, & tamen non sufficienter illud cavisti, dum mandatum non revocasti, ut debebas. Quare teneris de mandato, nam semper de mandato quis tenetur, quando, re Integra, illud expressis, vel tacite non revocat. Ita Nayar, in summa c.27.num.2.3. & Joan. Præp. q.5. de irregulib. 8.1.6.3.

13. Quod si Mandatarius post multum tempus, ex nova causa, independenter a tuo mandato, occideret, vel occideret, postquam in amicitiam tu cum adversario rediisti, non est minum, te non fore tunc irregularis, quia per illud longum tempus, cum causa nova, vel per novam illam amicitiam a mandatario cognitam, non presumuntur occisio facta ex tuo mandato, & per illam reconciliationem revocatum tacite certatur tuum dictum mandatum fuisse.

Mandatarius respuens, sed postea excipiens mandatum.

14. Incertum est secundo. An, si mandatarius respuit tuum acceptare mandatum circa cui inimici occidit, deinde vero, te procul nesciente, mutato animo illud acceptans, tuum inimicum occidit, an, inquam, tu sis irregularis.

15. Respondeo, si tu, audit a repulsa, sufficienter mandatum revocasti, dicens v.g. Ne ergo in hoc negotio te commisces. Ne contra adversarium meum aliquid agas, &c. Jam tu ex ejusmodi sufficiente revocatione liber eris mandati, atque adeo irregularis. Si vero sufficienter non revocasti, dicens v.g. Jam te video minus animosum, inveniam alium animosiorum, &c. tunc mandatarius eris, & irregularis, ut pote, qui mandatum sufficienter, non revocaveris.

16. Si denique nihil dixisti, nec ullum dedisti signum, quo repulsa acceptare visus fueris, dico, te esse irregularis, quia ex illa tuo silentio non certatur sufficienter revocatum esse mandatum: licet enim, qui tacer, consentire videatur, unde tu tacens visus fueris consentire repulsa, atque adeo illam acceptasse; non tamen propterea mandatum illud tuum extinguitur fuisse, perseveravit enim impressum in mandatario, ex quo mandato occisio, ut hic supponimus, deinde consecuta est. Ita colligo ex Suar. de Cens. d. 44. scil. 3. n. 9. Maiol. de irreg. l. 5. c. 48. s. 2. n. 3. Sayr. de Cens. l. 7. c. 2. n. 15. aliisque.

Mandans sui mandati paucitens.

17. Incertum est tertio de eo, quem sui mandati peccavit. Ego v.g. jussi occidi Petrum, sed, re integra, me valde hujus paenituit iussionis, etiam facta Sacramentali Confessione tanti delicti, quia tamen admonere non potui mandatum longè à me distancem, contigit, ut occasio patrata ab ipso fuerit ex vi mandati. Inquiero, an sim ego irregularis.

18. Respondeo affirmativè, quia non attenditur, ut alibi dixi, ad statum gratiae, quem forte nunc habes, sed ad causam homicidii, quam dedisti v.g. propinando venenum, at hic, per mandatum, licet sine tua praesenti culpa non retractatum, jam dedisti causam, &c. Ita communiter Doctores, ut Suar. de Cens. d. 44. scil. 3. n. 3. & Lessius, l. 2. c. 1. 3. dub. 3. n. 17. quidem notat, te in hoc casu incursum in excommunicationem, si forte occisus fuit Clericus, quamvis per paenitentiam inveniaris in statu gratiae, sicut etiam incurris in obligacionem restitutions, si qua debetur ex tali homicidio.

19. Prates in manusc. de irreg. d. 4. sap. 2. §. 1. num. 12. hanc Lessii doctrinam renuit admittere; agnoscit enim in hoc casu discrimen, siquidem concedit, deberi restitutions, & incurri irregularitate, à te, quamvis con-

trito, & in statu gratiae, at non incurri sistunt communicationem, quia non potest intelligere, quia ratione Sanctorum illum, qui est Dei amicus. Sicut ergo dicitur non afficeris excommunicatione, si inventeris contra statum Viatoris; ira in praesenti casu, properationem, quam habes cum Deo, es incapax excommunicandi.

20. Verum cum aliis Doctoribus, in Bonae. de iure Sayr. de cens. l. 3. cap. 2. 6. num. 23. Sylvest. de iure. 2. 5. Salas 2. 2. q. 20. tract. 7. d. 6. scil. 8. num. 17. quod nullum agnoscendum discrimen restituendi, & irregularis, & excommunicationem contrahere. Ratio ista, quia ad terrorum aliorum, ut in simili me, lib. 2. opif. de crif. Miss. ref. 2. § 4. num. 6. dixisse memini, quod quasi invita constringitur Mater Ecclesia, etiam auctoritate sibi per charitatem unitos, quando punitionem dederunt.

21. Ad illud, quod non potest intelligere Prates, plus esse effectus excommunicationis, ut discimus in eius tractatione, inter quos privatio suffragiorum Ecclesie, prohibitus non recipiendi, nec ministrari Sacramenta, non communicandi in humanis, & Christi cum fidelibus, &c. Dico igitur, quod privationem suffragiorum Ecclesie, mihi videri probabis, excommunicationem contritum, de quo loquimur, dicit suffragiorum privati suffragii, inquam, nomine Ecclesie fidei, ut 1. opif. de Sacr. Miss. loc. explicavimus, nam debemus hoc abstrahere ab ea questione, in quoniam conflit communicatio Sanctorum, de qua in Symbolo fidei mentitur. Ait etiam, ut ibid. dixi, sit probabile, non ipsius. Quare in hoc peculiari effectu non molitus arguo contra Pratem. Verum quod alii effectus excommunicationis exteriores, puto non recipiendi, nec ministrandi Sacramenta, non communicandi in humanis, & in vinis, non participandi secularem Ecclesiasticum, de non audeo dicere, esse probabile, excommunicationem contritum iis non affici; sic enim facile eludetur excommunicationis, cum quilibet facile se esse coemptu persuadere posset, & sic se prædictis actionibus concere. Legi Salas loc. cit.

Pertinacia mandatarii noletis acceptare revocationem Mandatis.

22. Incertum est quarto de eo casu, in quo intendit pertinacia mandatarii. Ego v.g. jussi occidi Titium, ne cederet Caium adversarium meum, sed deinde dilecti verbis revocavi ejusmodi mandatum, prohibendo te pressus ne Titius Caium interimeret; is tamen in sua pertinacia persistens, ad occasionem, me quidem scimus, sed non consentiente, processit: erone ego irregularis?

23. Respondeo. Te irregularum nonnulli, ut Salas de cens. d. 4. scil. 4. n. 5. Taurian. l. 9. de cens. diff. 6. dub. 3. Gaspar. Hutt. de irreg. d. 2. diff. 6. n. 24. Cornelius apud Dionam p. 4. tract. 2. refol. 14. pronuntiat, si id ferendo non admones Caium de suo periculo, cum possis, saltem per alium, quia fecus ex vi tui mandati occidere Caium. Verum puto cum alius, ut Henr. l. 14. cap. 16. num. 2. Salas l. 7. cap. 2. num. 14. dicente, hanc sententiam esse communem. Avila patr. 7. disp. 6. scil. 2. dub. 4. n. 1. Dicas. loc. cit. Fatin. Frag. p. 2. Vers. irregul. num. 55. 8. & 379. Lef. t. 2. cap. 13. dub. 3. num. 18. Villal. tract. 21. diff. 10. num. 7. Vgol. de irregul. cap. 55. §. 5. te non fore irregularum, quia in tanta pertinacia mandatarii, negandis eti. occidere non fuisse secutum ex vi tui mandati; fecus enim de ex obstinate voluntate mandatarii, saltem remoto, & accidentaliter te habente. Vide, quo dicam mox num. 3. Quare licet in te adiutor obligatio charitatis, ut, si possis sine tuo magno periculo, Caium admonere per fidem hominem, & juxta leges prudentie, & veluti in gen-

ce, ne, contra Caius occidat Titium, vel quid simile damnum eveniat; tamen quia ad id non obligaris ex iustitia; jam enim mandatum sufficienter ex parte tua revocasti, sed solum, si non ad noncas, pecces contra Charitatem, non eris irregularis, ut supra de peccante solum contra Charitatem universaliter dictum est.

Quatuor Casus similes predicto.

24. Prædicto casui videtur affinis ille, quo mandans revocat quidem serio mandatum, sed Mandatarius putans Mandantem non loqui ferio, & ex animo; adhuc occidit hominem ex vi mandati quod perseverare ipse purat. Affinis etiam est ille, quo mandatarius acceptat revocationem, sed deinde oblitus talis revocationis, hominem occidit ex vi mandati accepti ante revocationem. Affinis est, & ille, quo Mandans pœnitentiam datus sui mandati, non potest propter distantiam v. g. admonere Mandatarium de revocatione, potuit tamen admonere ipsum occidentem, ut sibi caveat, & tamen non admonet. Affinis, & ille, quo Mandatarius propter distinctionem mentis, vel alius, non percipit revocationem Mandantis.

25. Delugo d. 19. de iust. à n. 25. ait sibi videti in his quatuor casibus, secuta alterius morte, incurrit mandante obligationem restitutio[n]is, unde colligi posse, cum sentire, incurri etiam irregularitatem; siquidem eadem culpa contra iustitiam in homicidio patris utrumque onus & restitutio[n]is, & irregularitat[is]. Et quidem ita mihi videtur, quia in omnibus his prædictis casibus, alterius occisio à tuo tandem mandato consequitur.

De irregularitate ex consilio, seu suasione.

26. Multa, qua in hac materia ad mandatum pertinent, pertinent ad consilium, & qua ad hoc, ad illud: ut propterea eadem doctrina proportionaliter sit mutuo utriusque commoda, sed adhuc sunt addenda, qua sequuntur.

Suaderet, ut alio modo, ac volebas occidas.

27. Suadeo tibi, ut interficias Antonium alio modo, quam illo, quo intendebas. Intendebas enim gladio, ego suasi, ut faceret veneno, vel contra Reusne fum irregularitas, secuta Antonii morte?

28. Respondeo, esse distinguendum: Si enim modus à te propositus facit occisionem celeriorem, vel occidens reddit animosiorum, non effugies irregularitatem: Si haec, vel similia non adiungit, effugies. Ratio est quia irregularitas solum incurrit, quando concurreat actio, seu suasio ad ipsam substantiam occisionis, vel ad ejusdem accelerationem.

29. Quare, si tibi suadeam, ut fiat occisio diverso quidem modo, quo volebas, sed, qui non afferat occisionem celeriorem, nec te facias audaciem, non video, unde irregularitas mali oriri in dicta suppositione possit.

Hinc, si tibi quis suadeat, ut occidas cras, quem volebas omnino hodie, non incurrit irregularitatem. Lege Diana p. 11. v. 8. ref. 42. quia sic potius conservat pro aliquo tempore vitam alterius, quam auferit positio semper quod mors etiam non infatur auctiōis ex illius consilio, quam inferretur hodie.

30. Quid si suadeam, ut occidas, mitiore morte, quam celerior? Volebas v. g. occidere maleficio gravia tormenta afferente per annos ego suasi, ut gladio occideres statim: Volebas concindere paulatim singula membra, ego suasi, ut occides unico vulnere præcordio, &c.

31. Respondeo, Si id motus Charitate facias, te Reum irregularitatis facere non audeo, quia Pia Mater Ecclesia non videtur utilis, tam acsi pena punire consilium de minori malo, quod sur l. 5. in Dec. c. 1. §. 4. à n. 6. diximus, bonum quid est. Relege locum; ubi monimus, quamvis non possis cooperari adjuvando malefactorem

Pars III.

ad ipsum minus malum, v. g. ad verberationem loco occisionis; posse tamen suadere, ut potius quis verberet suum iniunicum, quam, ut occidat. Confirmatur, quia passum. Doctores, ut Suar. de cens. d. 45. sel. 3. n. 2. & 3. A vil. de cens. p. 7. d. 6. sel. 2. d. 3. concl. 1. Sayl. de cens. l. 7. c. 3. n. 13. Dian. p. 4. v. 2. ref. 18. sine, propriet dictam rationem, assertunt, non incurrire, nec excommunicationem, nec irregularitatem eum, qui suadet volenti occidere Clericum, ut potius eum verberet, vel ut potius muleret. Ita igitur in caso nostro.

32. Si vero suades malo fine, ut esset v. g. quia vis, quantovis potes, tuum iniunicum extingui, vel occisi hereditate potiri, &c. te irregulariter facio, quia usui tibi esse non potest execratio ducta ab intentione pie Matris Ecclesie jam dicta.

33. Si denique id suades motus fine iudicandi v. g. ne sis, qui occidit, incidat in manus judicium, vel quid simile, non audeo te immunem ab irregularitate pronuntiare, quia non audio interpretari, ad hunc etiam causam se extendere praeterea Matris Ecclesie intentionem.

Pertinacia nolemis acceptare revocationem consili.

34. Suasi tibi multis usus rationibus, ut interficies Antonium, sed deinde revocavi, omni, quo potui, conatu, hoc consilium, rationes, quibus iniustebar consilium infirmando; Tu vero animo obfirmato retinens merationes, quas proposueram, nunc mihi non acquiescis, sed hominem occidis. Eroni Ego irregularis?

Respondeo, id diserte explicui l. 6. in Dec. c. 4. §. 5. n. 3. & 4. Ade non forte doceri cum multis à Gib. de cens. d. 5. q. 3. n. 26. judicans, utrumque probabile, pura te forte, teque non forte irregularum.

Consilium de non appellando.

35. Quidam damnatus ad mortem intendebat ad superiori judicem appellare: ego autem illi perneum consilium suasi, ne appellaret, unde ipse saltem citius, quam si appellaret, mortem subiicit. Sumne ego irregularis?

36. Respondeo, Te irregularitatis damnat Henricus, Sayl. Corneio, Gibalnus, Diana apud Leandrum, trah. 2. d. 7. de irreg. quest. 35. Ipse tamen Leander distinguisti tu ex Ministris iustitiae es, v. g. Iudex, Capitanus, &c. in curis irregularitatem ex defectu lenitatis, si vero persona es privata, v. g. Confessarius, Theologus, &c. non incurris irregularitatem ex defectu lenitatis, si vero persona es privata, v. g. Confessarius, Theologus, &c. non incurris. Ratio est, inquit, quia Ministri solum iustitiae incident in irregularitatem ex defectu lenitatis, modo, quo etiam nos aliquanto post explicabimus: Irregularitatem autem ex delicto solum incurruunt, ii, qui delinquunt, occidendo, vel mortem accelerando quales non sunt prædicti Confessarius, & Theologus, vel similares, qui solum consilium dare, supponuntur, non vero cogere.

37. Ego non omni parte assentior huic Leandri doctrina: Non primæ parti distinctionis: Potuit enim judex ille, vel Capitanus persuadere omissionem appellationis non ut judex, sed, ut privata persona, eo modo, quo consilium dare solet Theologus. De hoc ergo casu ita discernendum erit de judice, vel Capitanus, sicuti de personis privatis, Theologo, Confessario, &c. de quibus mox. Non secundæ, quia si confessarius, & Theologus imprudenter darent consilium, delinquerent, atque audeo accelerare mortem iijustè, unde Augere irregularitatem non possent.

38. Dico igitur Ministram iustitiae, si, ut Minister prædictam omissionem appellationis, juste persuadeat, certum est, incurrite irregularitatem ex defectu lenitatis. Verum tum dictus Minister dans consilium, ut privata persona, tum dictus Theologus, & Confessarius suadentes Appellationis omissionem, si moveantur ad suadendum ex bonis & rationabilibus motiis, quod certe

M 10 occurere

416 Lib. X. De Cens & Irreg Tr. IV. de Irregul.

occurere possit, quando Appellatio est frivola, & peccatoria, non incurrit, irregularitas ex delicto, quia non peccatur, nec irregularitas ex defectu, quia, ut sic non sunt iustitia Militum, nec Milites in bello iusto. Si vero temere, & sine ratione Appellationem removant, etiam si non cogant, peccant. Quare non accelerata mortis Rei, & consequenter irregulares non sunt.

Consilium mortis proper bossum publicum.

39. Consilium dedi Petro aut se exponeret periculo mortis pro bono publico, vel privato, cui se exponere licet poterat, occisus est, & ego de mea irregularitate ambigui.

Respondeo, ne, quæso, ambigas, sed certo scias, cum Gibal. de Irreg. c. 4. q. 2. n. 19. te non esse irregulararem propter rationem valde similem ei, quæ dicta est n. 30. ut item quid simile dictum est. §. 3. n. 13.

De dubio in prædictis remissive.

40. De hoc locutus sum satis in superioribus, puta c. 5. §. unic.

De irregularitate ex Ratificatione, seu Approbatione Homicidi.

41. De hac breviter, sed quantum sufficit, l. 5. in Decal. c. 4. §. n. 7. dixi, & late habes apud G. b. de Irreg. c. 4. q. 1. n. 45. aliosque ab ipso citatos.

§. I. X. An contrahazur irregularitas, quando quis negative se habet ad alterius mortem?

1. Duximus supra §. 2. à num. 37. omittentem facere, quod quis debet ex justitia, ex qua omissione sequatur mors aliquis, fore irregularem; omittentem vero facere, quod quis debet ex Charitate, unde similis mors sequatur, irregularem non fore. Ad nonnulli tamen Gap. Hurt. aliosque, quibus nunc addit. Leand. de Irreg. tr. 2. d. 10. q. 87. & 88. confere etiam illum, qui omittit ex justitia, non fore irregularem, atque addidi, & huc explicandum remisi, ut hoc sententia sit probabilis, dictam omissionem debet esse puram. Quare, quænam sit hæc puritas hic endaudum venit.

2. Illa est omissione pura, cui nullus adjungitur actus positivus, haec autem non pura, cui positivus aliquis actus adjungitur. Exemplis res evadet clarissima.

Exempla pura omissionis.

3. Titius est praetor Viribus, vel custos Viarum, vel Dux exercitus, vel pretio conductus, vel ex consanguinitate obligatus, sive ex charitate, sive ex justitia ad defendendos suos. Verum in occasione aliqua illos nequam defendit, unde permittit aliquem ex his occidi. Peccat quidem graviter, sed non est irregularis, quia haec est mera omissione, cui non adnectitur ullus actus positivus. Idemque aliqui in G. Hurt. de Irreg. d. 2. dif. 9. n. 34. citans Valsq. in manu. de Irreg. Turr. de Inf. l. 9. d. 63. dub. 3. & prob. put. Io Præp. q. 5. de in d. 10. n. 29. & Dian. p. 4. tr. 2. ref. 7. dicunt esse, etiam si dolo, & scienter illa mera permissione fiat, quia non excludit permissionem ab esse puro negativo, cui soli sequaquecumque irregularitatem adnexerunt Canones, sicut supra dixit haec probabilis sententia.

4. Medicus, Naucleus, Advocatus, Procurator, quanvis ipsi conducti fuerint, si nihil agendo, sive ob imperitiam, sive ob odium, perire finant ægrotum, Nam, Clientem, non incident ex hac probabilis sententia in irregularitatem, licet peccent contra Iustitiam. Quare Medicus v. g. qui jam fortasse habuit, ante pretium sui laboris suscipiendo, sive deinde eum Iustitiam suscipere nolit, sive, ea suscepit, illam non exhibeat, sive urgentiore tempore deserat, unde moriatur. Infirmus, peccabit quidem contra Iustitiam, ut dixi, sed ex hoc peccato irregularitatem, propter ejusmodi puram omissionem, non contrahet. Ita præter citatos Val. in

diff. utrinque fori V. Homicidium diff. 5. ad. uenit. Syl. Palat. Caet. Ita etiam Leand. 1. 2. de Irreg. d. 10. 2. aliisque.

5. Index capite damnavit tuum fratrem, sed si aliquis pecuniam offeras, is liberabitur, Graffatos filium tuum inclusum apud se retinet, tecum per internum tuum, non net, ut ei aliquot aureos mittas, fecus filium occides, Iac. vel Hostis tuus patrem caprimum intercedere voleat, nisi tu illius mortem. Competent pecunia redimas, non tu prædicas pecunias momentare negligis, vel contra non eris, teste V. gol. de Irreg. c. 16. §. 4. finit. (qui hoc omisso pura) irregularis, illorum morte secuta, cum illo supponamus ex j. Titius te debere illas pecunias romane. Dico (si supponamus) nam de haec te l. 5. in Dic. 1. 1. d. 2. n. 9. à me dictum est sat.

6. Inquires hæc. Si Petrus tibi suadeat, ut prædictas pecunias ex justitia debitas non numeres, en. Petrus morte secuta, irregularis? Idem queri posset, si Petrus tibi suadeat; ne defendas aliquem quem defenderet, vel, ne tu dives des elemosynam ego, qui premebit, vel, tu ne M. diuers cures intimum, vel tua molicitionem mortis alius cuius reviles, &c.

Respondeo, non esse, putat Vogonus, ibidem cuius habet Leand. de Irreg. d. 10. q. 94. & sequenti, quæ fuit non es irregularis tu, qui es principalis, & non auctor uitam pecuniam, vel ad illas actiones pure negare a habes, & Petrus, quia haec suaderet. Verum non est adiendus, si fusio Petri fuit causatum v.g. pecunia illa non mitteretur. Ratio est, quia tunc mors illa merito tribuit Petru d. suadentem; cum enim is non negat si habet (ut te habes tu, qui nun mittis) sed maxime prædictum actum persuadendi, incurrit in irregularitatem, adiunctum ex Sacris Canonibus actum positivo, ut modo d. 1. & mox in exemplis iam ponendis clarus videt. 8. Obj. Mirum est Petrus, qui se remicis habet ad mortem prædictorum, incidere in irregularitatem, non vero te, qui immediatus.

9. Respondeo, non esse mirum, quia Petrus prædictum habet, cui actioni Sacri Canones coniunctum irregularitatem, tu vero nihil agis, cui omissione non est in eisdem Sacris Canonibus illa irregularitas adjudicata.

10. Illud tamen adverte, si Petrus id perfusus bene fine v.g. ne judicis justa sententia pecunia impedit, ut Graffatos, ad ejusmodi lucra extorquenda; affectarent, ne hostes illa pecunia fortiores evadent. Num non fore irregularem, quia non est putandum Ecclesiæ voluisse sub tanta poena recta & rationabilis collis prohibere, ut in simili dictum est sèpe. Nam propterea, nec irregulararem fore, puto eum, qui deterret amicos, ne à manibus Satellitum eriperet illum, qui damnum ducitur ad mortem, quando id faciet, ne impedit actus Iustitiae, vel ne amicus, sic incidet in aliquo propriæ vitæ periculum.

Exempla omissionis non pura, id est alii alicui adjuncta.

11. Notarius, Procurator, vel quinque alias libet scripturam, qua visa, quis à morte liberatur; plaverens autem, can. perquiri ad d. dum hominem salvandum, ipse eam non solum non proficit, sed non offendit, nam sic est omissione pura, de qua in precedentibus numeris dictum est, veterum illam occultari, vel alia transfert, ut inveniri non valeat, vel lacerat, vel consumebat, vel rogatus, negat, apud se illam servari, erit, morte secuta, irregularis, quia omissione offendendi scripturam adjungitur actus positivus illam occultandi, lacrandi, &c.

12. Testis non solum, non se sicuti judici ad testificandum in f. votem alicuius, qui hoc teste dictum capit, punitus fuit; haec enim est pura omissione? veretur quia rogatus dixit, se nihil sciit, irregularis exter dictio, quia illi omissione adjungitur hic actus positivus.

13. Amicus delinquit te nuntiat, ut Petrum admones, ipsi infidias parati a suo inimico. Tu vero non solum,

non admones hæc enim est pura omissione, etiam si suscepis curam admonendi, & etiam si malo animo contra Petrum ipsum non admones) verum etiam Petrus, quas idem Amicus tibi consignavit ad Petrum, in quibus de iisdem insidiis ipsum admonebat, apud te certius nisi ne Petro reddidisti irregularitatem non effugies, si Petrus occidatur, qui illa retentio auctus positivus est.

14. Dices: Illa suscepio cura admonendi, nonne etiam est actus positivus? Cur ergo omissione illi coniuncta non parit irregularitatem?

Respondet: quia suscepio eiustmodi, quamvis actio positiva, nimis remordet se haber ad occisionem; neque enim suscepio cura admonendi infert ullo modo mortem, sciat, nec infert in Medico suscepio cura infirmi, ut modo n. 4. dictum est.

15. Consultant aliqui Petrum occidere, tu assistis, taceisque, eris irregularis, morte Petri secuta; illa enim taciturnitas in iis circumsstantibus non est pura omissione, sed, quia afferit animum consultantibus, est tacitus consensus: Idem resolve de assistenti amicorum, dum aliquis ex illis aliquem occidit, ipsi vero assistit. Idemque resolvi solet de Principe Ecclesiastico temporali iurisdictione pollente, qui assistit, quamvis nihil dicat, executionem mortis ipsa enim praetencia Principis auctoritatem dat exequitibus.

16. Mulier concepit a Petro, aitque se velle abortum fecerit animati causare, id, quod audiens Petrus, tacet, unde mulier secuta voluntatis Petri, facinus cum effigie aggressa, est, fieri irregularis Petrus propter eadem rationem p. 15. §. 7. n. 4.

17. Ambulat Primo, quis de nocte per loca abrupta. Secundo, Alius naufragia navi eiusdem iactatur in undis. Tertio, Alius per angustum pontem, flumen pertransire tentat. Quarto, Alius ad tuæ domum ianuam confundit, quo persequenter inimicum effugiat. Tu vero cum possis, nec faciem præfers primo, nec secundo tabulam, seu finem, nec tertio coniunct te addis, nec quartu*m* ianuam forte clausam aperis. Non eris irregularis, si horum consequenter mors, quamvis ex odio ad haec non exhibenda motus fueris, quia haec sunt puræ omissons. At vero, si advertes ad eorum pericula, faciem forte accensam extinguis, unde noceas primo, si tabulam, vel finem abruptum submoveas, unde noceas secundo. Si tabulata Pontis dissipes, unde noceas tertio: Si ianuam forte aperiam claudas, unde noceas quartu*m*, irregularis eris, postquam aliquis prædictorum pereat, quia bi sunt actus positivi. Excusat nihilominus hunc quartum P. Petrus in manu*s*. de irreg. d. 4. cap. 4. num. 20. fol. 462. si ianuam claudat ob finem bonum, ne sua domus damnum aliquid patiar: quod certe solum intelligi debet de damnō notabilis, & ciui rationis, ad quod suendum, te obligare, non præsumitur Ecclesia, iuxta modo dicta n. 10.

S. X. De irregularitate orta ex occidente facta à Ministris iustitiae, quo dicitur ex defectu lenitatis.

1. O Cessio iusta, quantum ad nos in presentia pertinet, vel sit à Ministris iustitiae, vel à Milites in bello iusto, vel ad defensionem sui de singulis separatis, & in hoc quidem §. De prima.

2. Conclusio certa est hæc. Index Pontifice inferior, qui in causa sanguinis fert sententiam iustum de morte, vel mutilatione alieuius, sit (ea certe secuta) irregularis ex defectu lenitatis, que fuit in Christo. Quam late explicat S. Th. 2. 29. 40. Nav. in summ. cap. 27. num. 206. Henr. I. 14. c. 10. n. 1. Catar. dec. 1. a. m. 97. Percurre singulas clausulas.

I V D E X.

3. Quicunque (excipitur Summus Pontifex, qui, ut Pars II^a,

supra f. 2. n. vidimus, non est irregularitatⁱ dubius,) Clericus, vel Laicus live ordinariam, sive delegatam habeat potestatem, cum eadem sit ratio d^o omnibus, hic merito comprehenditur.

4. Illus nihilominus discrimen est inter Clericum, & Laicum, quod Laicus solum incurrit irregularitatem: ceterum, iuste dannans, meretur. At Clericus etiam iuste dannans, præter irregularitatem, quam contrahit, peccat, & quidem graviter, eo, quo graviter Clericus prohibetur. C. Sepe 23. 190. l. 8. C. Sententia Clerici, vel Monachi, ne se ingrat in causam sanguinis.

In Causa Sanguinis.

5. Hoc est in causa mortis, vel mutilationis membris (de qua mutilatione mox expressius dicitur) id enim ex usu loquendi significat causa sanguinis. Hinc si sententia feratur de aliquo præfocando, vel veneno, fameve, sine effusione sanguinis occidendo, erit nihilominus causa sanguinis. Contra, si feratur de sanguinis effusione, ut de verberatione usque ad sanguinem, sed sine periculo mortis, vel mutilationis, causa sanguinis non erit.

6. Quid si Index aliquem iuste damnaverit crudo carceri, vel si eidem non porrigitur, nisi panis, & aqua, quo pacto, si statim non obit, certe ex eiusmodi angustiis illi (ut contingere non raro solet) accelerata sit mors?

7. Respondeo. Si consideratis Rei viribus, eidem fuerint permissa necessaria vita, nullam irregularitatem timebit Iudex, quia per accidentem, tunc ille moreretur. At si ea permitta non fuerint, vel carcer valde humidus fuit, unde, vel data esse, vel notabiliter accelerata iudicetur mors, erit irregularis Iudex ex defectu lenitatis, quando ad hæc iuste reum damnavit, puta, ut sensim moreretur, at ex delicto, quando iniuste, &c.

8. Confirmo, quia carcere facti, humili, subterranei prohibentur, ut nota Farin. q. crim. 27. n. 95. C. 194. Vide etiam Men. de arbitr. l. 2. casu 305. & Gom. Var. t. 3. c. 9. num. 6. V. Quia carcer. Legg. director. inquisit. p. 3. q. 58 comm. 107. & solum concubuntur quando quis per sententiam iustum ad mortem sensim fulciendam condemnatur.

Dixi autem modo (notabiliter accelerata) nam ex ordinariis carcere angustiis, patcoque vietu diminuit aliiquid de viribus, & consequenter de vita, iam scimus, sed addimus, non incurri tunc irregularitatem ullam, quia, si iusta est condemnatio, iam permitta, in*d* requisita à Sacris Canonibus est ea diminutio. C. Novim. de verb. significi.

Ferentiam iustum.

9. Si enim iniusta sententia, non ex defectu lenitatis, sed ex homicidio voluntario, secuta morte, fore indicem Irregularis, nimis est ex dictis manifestum.

10. Sunt autem nonnulli, qui iudicem faciunt ex defectu lenitatis irregularis, etiam antequam sententiam mortis ferat. Sed in verito, quia licet dum quis est index, non possit promoveri ad Ordines, quia est Civilis, potest tamen, indicatu reliquo, sed non est, irregularis, antequam sententiam sanguinis ferat, in*d*, neque antequam cum effectu sequatur mors.

11. Ideo index, ut & Princeps, etiam delitescens sub cortina, & omnes Ministri iustitiae, etiam infra Satellites, si assistant executioni mortis in locis sue directionis (nam in alienis sunt, ut supponimus, sicut homines privati, non Minister) irregulares sunt, quia ipsorum auctoritate mors infertur. Privati autem alii, ut, & famuli teste Avil. de Censur. part. 7. disput. 5. scđ. 2. dub. 1. coroll. unica. Henr. l. 14. cap. 14. num. 2, mere ad obsequia Dominorum Domestica additi, etiam si cum Dominis assistant, immunes sunt ab irregularitate, quia, ut item supponere debemus, nihil conferunt ad sententiam execu*tion*am.

Mm 2 12. Quid

412. Lib X. De Cens. & Irreg. Tr. IV. de Irreg.

12. Quid de Clericis? Respondeo. Idem dic, si afflant, ut auctoritatem prebeat executioni, nam propter hanc rationem quidam Episcopus C. Ex Litteris de Excessu Prelatorum, reus fuit irregularitatis, quia interfuit cuiusdam furis suspendio; altit enim in proprio territorio, unde ut auctoritatem afferens executioni, verum si Clerici quicunque, ut & Religiosi assistant alio fine, sive curiositate, sive amicitia, sive alterius cause gratia, ne timent irregularitatem, immo ex mera dicta assistentia, nec peccatum, quo si Textus aliqui. C. Sententiae Cleric. vel Monach. videantur strictius loqui vel fatis explicari in alium sententiam possunt, vel certe legitime defuerunt. Legi Molini de Inst. ap. Dianam p. 4. tract. 2. r. 5. s. 5.

De morte, vel mutilatione alicuius.

13. Cum non solum mors, verum etiam mutilatio membra alicui à M. iustis Iustitia illata afferat ipsi irregularitatem, ideo hinc etiam mutilationis expressa fieri posse. De ea tamen separatum infra §. 6. dicam. Nunc autem quatuor sunt difficultates ad praesens argumentum facientes, dissolvenda.

PRIMA DIFFICULTAS.

An Index pluribus sententiis plures condemnans contrahat plures numero distinctas Irregularitates?

14. Respondeo, plures. Ratio est evidens, quia per plures actiones, puta per plures condemnationes occidit separatum plures; singulis autem occisionibus sua numero distinctae irregularitates correspondunt.

15. Quod si multos Iurisdictionis actus iudex ante sententiam exercet, contra hominem unum, tunc faciet unam ab ipso irregularitatem contrahi, quia illi praecedentes actus unum quid faciunt cum una sententia. Ni si forte praecedentes actus tendant ad mutilationem v.g. & de facto fiat mutilatio, & deinde alij actus consequentes tendant ad mortem, quæ ex intervallo inferuntur, ut si prius Reo manus abscondatur, & deinde, ex intervallo idem Reo suspendatur, tunc enim duas irregularitates erunt, ut potest consequentes ad duas distinctas, etiam moraliter, actions.

SECUNDA DIFFICULTAS.

An Index una sententia plures simul condemnans plures irregularitates concipiunt.

16. Respondeo, Vgolinius de Irreg. 5. §. 9. num. 2. ait, tot concipere irregularitates, quot numero homines (quavis per unam sententiam) morte puniunt: Sicut (ait) communis sententia docet, te per unam sclopis explosionem pluribus excommunicationibus infici, si simul plurimi Clericos occidat.

17. Bonacina de Cens. d. 7. 9. 4. p. 1. n. 26. autem docet, posse probabiliter defendi, tunc fore unam numero irregularitatem, sicuti existimantur una blasphemia, quando uno, eodemque, impetu multæ præteruntur, & unicum peccatum unitate moralis, quando quis unico bombardæ iusto plures occidit.

18. Tu prudenter sic distingue: Si sit una sententia, unaque delicti causa, qua multi capite plectuntur, & item unus sit locus, unumque tempus, quo plectuntur, valde probabiliter una erit numero irregularitas, quia tunc illa una sententia de pluribus occidentis, illaque omnes occisiones moralem unitatem habent, sicuti dicunt Plures ap. Leandr. de Censur. 6. 3. & 9. 39. probabile esse incurrere unam numero excommunicationem, si unica explosione multos Clericos occidat. At, si causa delicti sit diversa pro diversis, vel in diverso loco, vel in diverso notabilitate tempore, quavis per unam sententiam, si quia non appetat predicta unitas, plures numero erunt irregularitates, sicuti plures incurrit irregularitates qui per intervalla nunc unum, nunc alium occidunt. Ita Gibal: de censu. d. 3. m. 15. sen. 14. cum Suar. & Mol.

19. Id, quod dictum est de iudice, posset dici de occidente per unicam actionem plures. Si enim occidat quæ plures per unicam actionem, puta per unam bombardam, si ex intervallo notabilis, iuxta ea, que aliqui dicuntur. Vide etiam supra c. 14. §. 3. d. 4. 10.

TERTIA DIFFICULTAS.

An Index ferens sententiam, ut duæ v. g. monach. sententias, iiii amputatis, duplice irregularitate videatur. Quod idem queritur de absconde physice eidem duo membra.

20. Respondeo. Si ex intervallo notabilis, duæ teth. v. de Irreg. c. 5. §. 9. n. 3. fine, irregularitates transcursum, si fusus, una, id, quod eodem modo explicatur, quo in difficultate praecedenti explicatum est de similibus.

QUARTA DIFFICULTAS.

An Index proferens sententiam sanguinis contra delictum, incurrit irregularitatem, quando ad executionem mortis, requiritur sententia alterius iudicis.

21. Respondeo, esse distinguendum. Si enim posterior iudicis sententia utatur processus, seu probationibus seu sententia habita a priore iudice, quia tunc uterque concurrit ad mortem, uterque incurrit in irregularitate; Si non utatur, liber erit prior iudex, & solum poterit in illam cadet, quia tum prior iudex nullo modo concurrit ad mortem. Non est igitur ad diendus Hinc l. 4. c. 12. n. 5. cui adhaeret Avil. ad Cens. p. 7. d. 5. sc. 2. h. 1. qui in hoc casu priorem iudicem liberat semper

Ea (id est morte) certe sequuntur.

22. Quod mors debet esse secura, ex dicto, utmodum n. 10. in n. 11. nimis est manifestum. At illud hic valde contundit, quod diximus (certe secura) id quod, cum addimus, habes supra c. 5. §. unico n. 3.

De eodem iudice, quo ad Delegationem, quam alteri confert de occidente vel missando.

23. Præmitendum est, Primo, Principem Secularium, ut item Praelatum Ecclesiasticum habentes jurisdictionem temporalem, ex quoque titulo illam habeant, posse, & Ecclesiasticum in causa sanguinis debere, illam delegate uni Laico, vel pluribus, ut placuerit, dummodo sine apti, idque, vel ad tempus, vel in perpetuum, &, vel ad universas causas, vel ad aliquas, vel etiam ad unam, vel alteram. Patent hac ex vulgatis Textibus, vulgataque doctrina de Delegatis, & Delegatione.

24. Dixi (uni Laico, vel pluribus) nam licet Praelatus Ecclesiasticus Papa inferior iurisdictionem spirituali non possit delegare, nisi Clericis, at temporalem possit Laicis.

25. Dixi item (dummodo sine apti) Nam irregularis & delicto sine dubitatione erit Praelatus, si delegat auctoritatem suam iudicis, quem cognoscit imperium, vel patrum, unde iniuste quis morte puniatur, quia tunc Praelatus gladium iurisdictionis imperio portigen, noscitur occidere innocentem, censendus est.

26. Quod si per occasionem hic queras, An Principis Secularis possit Clerici delegare iurisdictionem suam temporalem, sicuti potest Laicis?

Respondeo, id prohibutum esse in Iure, C. Sed nec C. Clericus, Ne Clr. v. cl. Monach. his verbis: Ne Clericos exercet Iurisdictionem temporalem, vel censat aperte Criminales sub Principibus Secularibus, nec officia Vicemittis, aut Propositi Secularis obeat.

27. Notar autem Primo Abbas, per hæc verba illuc acceptari à Clerico dictam iurisdictionem, sed tam validem, unde valerent sententia ab ipso date, etiam in causa sanguinis. Ratio est, quia in Texu nulla clausula est irritans delegationem, & neque enim per

hunc Canonem Clerici incapaces ejusmodi delegatio-
nis redduntur.

28. Notar Secundo idem , si semel unam delegatio-
nem acceptaret Clericus ad causam criminalis , non
peccare mortaliter , peccare , si multas , quia , ait , sic , non
est exercere , quod denotat frequentiam . Sed certe id ,
non videtur verum , quia Canones graviter prohibent
ne Clerici subdantur Principibus Sacerdotibus , corum
jurisdictione utendo , quod certe fieret , etiam si semel
acceptarentur .

29. Nota tu denique Tertio , dupli modo posse
Principem Sacerdotalem demandare Clerico cauſarum
judicis . Primo conferendo suam jurisdictionem tempo-
rali ipsi Clerico , quo eundem constituit judicem à
ſe dependentem , & hoc proſlus prohibetur à Sacris Ca-
nonibus , ut dictum eſt , tum pro causis in genere , tum pro
cauſis in particulari . Secundo nihil conferendo de sua
jurisdictione , nec conſtituendo Clericum judicem à ſe
dependentem , ſed volendo , ut aliqua cauſa , qua ex-
aminabantur , ac judecabantur in ſuo Sacerdotali Tribunalis ,
definitetur in Ecclesiasticis , quo pacto dicitur forum
Ecclesiasticum ampliari . Hoc autem non prohibetur ,
quia tunc Clericus ager ex jurisdictione Ecclesiastica am-
plata ad has , vel illas cauſas , non vero proprieſtate Princeps
Seculari . Lege Molinam . Tom . 4. tract . 3. d . 8.
num . 10. Si tamen tunc dictus Clericus ferat ſententiam
ſanguinis , fore irregularē ex defectu lenitatis , fecuto
effictu non eſt dubium , quia jam ut Minister Iuſtitia ſe
habet .

30. His ita explicatis , redeamus propius ad noſtra ,
& quartamus , an Episcopus v . g . gaudens jurisdictione
temporalis , delege hanc ſuam jurisdictionem alteri , ut
deleger certe debet ex dictis num . 23 . & Is Delegatus aliquem
pena capitali puniat , ſit ipſe Episcopus irregularis ; eademque eſt quæſtio , ſi Reus appellaret ad plenum
Episcopum Delegatum , & is delegerat alium judicem ,
qui ſimili modo morte puniret Reum .

31. Respondeo , Episcopum Delegatum , in utroque
cauſa non fore ullo modo irregularē . Nam ſic defini-
tur à Sacro Textu , C. Episc. ne clericis vel Monachis in 6.
Et ratio definitionis fuit , quia ejusmodi perſone Eccle-
ſiastice bene fungi ob Reipublice bonum ſuo officio
certe debent . Ergo quandoquidem ipſe per ſe ſenten-
tiam ſanguinis exercere non poſſunt , ſecus enim eſſent
irregularis , oportuit illis ſaltem concedere , ut vires
ſuas alii committerent . Idem Episcopus ſeu quilibet or-
dinaria jurisdictione temporali pollens , poterit propter
eandem , immo maiorem rationem , concedere ſtatutum
& ius , per quod delinquentibus debeat mors ; id enim
poſtulat eadem recta ſuorum ſubditorum gubernatio ,
neque continerent ſententiam ſanguinis , ſed eſt lex pro-
hibens ſub pena ſanguinis . Haec legi pluribus apud Do-
ctores , u. G. Hurt . d . 2. de irreg. dub . 2. lff . 11. num . 42. Sudar .
de cens . 47. ſect . 1. num . 7. Dian . 9. 4. tract . 2. v. fol . 78 . 10. Pra-
pos . 5. de irreg . d . 13. n . 99. Covat . in Clem . Si fur . p . 2. § . 5.
num . 8.

32. Hic habemus Henr . qui prædictam doctrinam ni-
mis coērcet , & Tur . qui ampliat nimis .

Henriquez l . 14 . 12 . n . 6 . afferendo Testimonium Na-
varri , ait , fore irregularē Prælatum habentem tempo-
rali jurisdictionem , ſi delegeat cauſam capitalem particu-
laris Rei alicui Laico , ſecuta morte , probaque ex
Sacro Textu , C. Ex lit . de Excef . Prælat . Sed immerito ;
hic enim Textus irregularē Episcopum quendam pronun-
ciat , non quia delegeaverit cauſam mortis particula-
rem ſed , quia autoritatem prædictis executioni mortis
illius hominis , quod eſt longe diverſum , & ut pote coop-
ratio dans autoritatem executioni mortis , eſt irregulari-
tati ſubiecta .

33. Turrianus tom . 1. 2. 2. d . 93. dub . 2. docet , poſſe
prædictum prælatum exhortari judecēm à ſe Delegatum
ut hic exequatur pena capitalē . Si enim (inquit)
Clericus poſſet hortari generatim judecēm ad ſervandas
Iuſtitiae leges ſinē timore irregularitatis , & mandatum

Part III.

delegato ſuo dare , de ſervandis Iuſtitiae legib⁹ circa
hanc cauſam particulařem , qui non poterit mandare , ut
pena latam de morte judecatur ? hoc enim man-
datum exequenda pena jam ſatis involvitur in man-
dato illo de ſervanda Iuſtitia in hanc cauſa particulařem .

34. Verum est diligenter diſtinguendum : poſt enim
ejusmodi Prælatus generationem , & etiam ſpecialitatem exhor-
tari de ſervanda Iuſtitia in cauſis , & etiam in hac cauſa
capitali , in dī id etiam mandare , quia hoc concedunt
Canones , cum ſint ad eum ex ſe bonum , & remote ſe
habentem ad occiſionem . At mandare , ut Iudec executionem mortis hujs rei exequatur , fiat auſtoritative
ut judec exequens , ex vi talis mandati mortem Reo in-
ferat , non poſt prædictus Prælatus ; quia ſic ipſe ſua
auſtoritatem cooperaretur ad occiſionem , quæ eſt clara cauſa
irregularitatis . Quod ſi non mandaret auſtoritatively ,
ſed ſolum ita exhortaretur , ſicut poſſet , ſi eſt privata per-
ſona , nullam proſlus auſtoritatem præbens , non erit irregu-
laris ex doctrina universalis mox afferenda , quia tunc
non agit , ut Minister Iuſtitia . Sed certe diſſicile id in
praxi eſt , quia verba ejusmodi prolatā à Superiorē ſemper , ſaltē regulariter accipiuntur auſtoritatively , nam
propterea certe aliqui ex dicto c. ex literis de excessu Præ-
latorum monent , ut Prælatus ablineat , non ſolum impelli-
endo judecēm ad ferendam ſententiam ſanguinis , dum
agitur de cauſa particulari , verum etiam ab exhortando ,
ut aliquem puniat (quamvis taceat designationē pena)
quando delictum eſt dignum mori , quia , inquit , in utro-
que cauſa interponeret ſuam auſtoritatem , arqu : adeo eſſet
cauſa ſententia ſanguinis .

35. Muſto minus poſt Prælatus ſuo Delegato , vel
Ministris ſuis dicere , ut Homicidam hunc merentem
ſuspendant , vel mutilent , quia ſic auſtori-
tatem præberet executionem mortis , vel mutilationis , in-
curreretque irregularitatem ex defectu lenitatis , qua ex
occidiſta iuſta infliguntur Ministris Iuſtitia . Quiquid
dicat Avila , de cens . p . 7 . d . 5 . ſect . 2 . dub . 4 . concl . 3 . qui ſatis
immerito putat , hanc eſt irregularitatem ex homicidio
injūſto , immerito , inquam , quia hoc occidiſto iuſta eſt .

36. Propter eandem rationem , prædictus Prælatus , ſi
propontat præmium dandum ei , qui graſſatorē hunc
determinatum capiat , eo deinde capto , & ex vivis ſubla-
to , erit irregularis . Favet Vgol . de Irreg . cap . 5 . § . 8 . ſive
Majol . lib . 5 . de Irreg . c . 48 . § . 2 . n . 8 . non vero erit ſi graſſatorē
nec explicite nec tacitè deſignet , ſed ſolum in ge-
nere ; Ratio eſt , quia deſignando dat ſuam auſtoritatem
ad occidendum , quam non censetur dare dum in ge-
nere graſſatores extirpare curat .

37. Idem dic , ſi Prælatus , ſeu Princeps jubeat , ſea
edicat , ut five vivis , ſive mortuis ad ſe iſ graſſator ad-
ducatur , in dī etiam id generatim dicat de graſſatoribus
aliquo enim oīſo , erit Prælatus irregularis , quia
clare ſuam auſtoritatem interponit . In dī in hoc cauſa pu-
tant Comitulos in ref . mor . l . 4 . q . n . 2 . o . num . 8 . Rebell . p . 1.
l . 3 . queſt . 11 . num . 4 . Valer . diff . 4 . Verſ . Homicid . Caier . in
ſum . Verſ . Homicidium , aliique ejusmodi Prælatum ,
vel Princepem confitahere irregularitatem ex homi-
cidio injūſto , quia , inquit , ejusmodi præceptum
ſemper eſt iuſtūm , & peccatum contra Iuſtitiam ,
cum ſit de occidendo homine inaudito , nec confesso
fou in judecio non coniecko . Dicunt ſemper) di-
cerem (regulatiter) nam puto , poſſe occurrere cauſum
adeo clarum , graſſatoremque adeo bono publico ma-
nifeste nocentem (nullo remedio interim apparet
avertendi malum) ut ejusmodi præceptum valde ju-
ſitiam confundat ſit , unde irregularitas ſit ex defectu le-
nitatis .

38. Quæres hic denique resolutionem ſequentis ca-
ſus . Episcopus poſſens dicta temporali jurisdictione dat
auſtoritatem Clerico , ut Clericus nominet Iudicem Laicū , qui condemnet Reos , vel talem Reum pena
ſanguinis , critne , ſecura rei morte , irregularis prædictus
Clericus .

Respondeo . Si arbitratui Clerici data fuſt potestas
Mm 3 eligendi

eligenſiū ſed ēēm̄ p̄dīctūm̄, erit Clericus irregulāris, ſi vero ſolum̄ Clerico compiſum̄ fuit, ut ipſe renunia-
ret, ſe auferret Adicione electionem factam ab Epifcopo,
irregularis non erit. Ratio eft, quia, in priori caſu, ipſe
Clericus ex una parte cooperatur cum judice ad defor-
mationem, dabo ei potestatem ad deformandum, & ex
alia parte non excufatur ab officio temporalem jurisdictionem
habente, ſicut excufati diximus Epifcopum,
id, ratione ejusmodi officii, concedentibus Sacris Cano-
nibus. At in posteriori caſu ipſe Clericus nullam potes-
tatem dat judici, ſed ſolum̄ renuniaſt, ſeu admont, de
potestate illi ab Epifcopo trādita, quæ officii nuntiatio
non eſt cauſa proxima ſententiæ deformationis deinde
ſecuta, Ita Farinac, & Io. Calder in Cap. ult. Ne Clerici
et Monachi in 6. favetque Io. And, ibid. aliisque contra,
Vgoliniū l. c. §. 8. n. 11.

Colligitur ex dictis, qua ratione effugiat Irregularitatem Episcoporum, si quando sit constitutus, Sicilia Prorex.

39. Explicabit resolutio danda sequenti questione,
Cum Episcopus Don Petrus Corsetti vir doctrina, &
virtutibus insignis non multis abhinc annis constitutus
fuerit hujus Regni Siciliae Gubernator, dubitari excep-
tum est, an ejusmodi Provinciam Episcopus subire licet
posserit: Id enim Clericis prohibetur, ut modo num. 26.
vidimus. Rursus, esto, ipsi licet, qua ratione senten-
tiam sanguinis delegare, ut immunitus esset ab irregulari-
tate, debuerat?

40. Quoad prius resolutio fuit , licet potuisse , teste Bard. in selec. l. 7. q. 1. n. 10. sive ob consuetudinem , sive ob Privilegium , quo gaudet Catholicus Rex præficiendi suis Regnis Ecclesiasticos. Sed quoad posterius major dissensio arsit inter Theologos.

41. Ut ea melius intelligatur, notanda est praxis procedendi in causis sanguinis in hoc Regno. Postquam enim delatum est judicibus delictum aliquod morte dignum, v. g. Petrum commissum homicidium, idem iudices rem Proregi referunt, & ab eo recipient mandatum, ut inquirant de dicto, ac referant, quid inventant, & præterea facultatem procedendi ex abrupto. Iudices ergo cum reum, vel ex probationibus; vel ex propria Confessione convicerint, morteque puniendum decreverint, referunt Proregi quid actum fuerit, qui sic precipit, Excellencia sua provideret, & mandat, ut Petrus suspendatur: quo mandato accepto, traditur petrus Ministeris suspendendus.

42. Episcopus ergo Gubernator, de quo agimus, ad-
vertens, si hoc modo uteretur, se in irregularitatem in-
cidere, duo immutavit. Primo, ut judices in posteriore re-
latione post plenam probationem delicti ipsi Episcopo fa-
ciendam, nequamque referrent, quid ius de morte delin-
quentis statuissent. Secundo, ut ipse Episcopus alio mo-
do subscriberet relationi judicium, quam alii Proreges
consuissent, hoc est modo sequenti, *Illustrissima Do-
minatio sua provideret, & mandat, ut Tribunal inquirat ve-
ritatem, & provideat de Iustitia.* Quia commissione habita-
ta, judices sic decernebant; Stante commissione *Illustrissima
Dominatio sua Tribunal Magna Regia Curia provideret,
& mandat, ut Petrus suspendatur, &c.* Quelivit ergo
Episcopus, an scilicet mutationibus uteretur, irregulari-
tatem efficeret?

43. Divisi sunt Theologi. Et quidem ex nostra Societate P. Martinus Prates in manus. de irreg. d. 4. c. 2. §. 3. fol. 287, nullo modo Episcopum irregularitatem effugere contendit; effugere contendit Pater Franciscus Bardi. l.c. Evidem dum latissime ab ipsis agitatim hanc questionem lego, commendo diligentiam, admiror doctrinam, ingenium utriusque aere complector. Sed mihi video unica, facilique ratiocinatione questionem ex proxime dictis posse dissolvere, quam ipsis satis pluribus prosequuntur.

44. Formetur hoc argumentum. Prælatus gaudens temporali jurisdictione potest, ideo debet potestatem

proferendi sententiam sanguinis judicatio ad Comitatem, ut clare haberet Textus C. Episcoporum Clericorum Melancholici in 6. & nos supra signatae documentis non possunt auctoritate ipsius proferre sine inclusu irregularitatis, mox facta curia: Sed Episcopus praedictus Gubernator per memoriam formulam, qua uti ipse intendit, profectus sententiam sanguinis, & ex vi illius, & non alterius sententiam Petrus suspenditur: Ergo Episcopus est irregularis, & argumentum Patris Martini.

Formetur hoc aliud: Prælatus gaudent templi jurisdictione potest ex Sacro prædicto Textu, uno vel potestatem dictam committere, non posset aut ipse sententiam proferre, & sed Episcopus Gubernator per memoriam formulam, qua uti ipse intendit, & non profectus sententiam sanguinis, nec ex vi illius, sed alterius sententia, qua datur a Tribunalis Petrus suspenditur: Ergo Episcopus non est irregularis, & argumentum Patris Bardi.

45. Queso ergo te studiose Lector, nomine promtibias, veram esse Minorem predicti argumenti affptam à Bardi, falsam vero eam, quam Prates affirmat, perpendatur formula, qua uti intendit Episcopus Gubernatoris? Ita sane. Manifeste enim per immutacionem illam factam ab Episcopo, novamque illam rectificandam, Petrus non suspenditius ex vi committitur ad eum, sed ex vi sententia late à Tribunal, Pater, quia, si hæc à Tribunal non fuerit, nunquam suspenderetur Petrus, unde clare apparet, illam Episcopum Gubernatoris commissionem, seu verba, nihil ultra contingen, nisi delegationem jurisdictionis data ab Episcopo judicibus in causa sanguinis, quam ipse dñe iudicet Laico sine timore irregularitatis potest, immo & sanctorum Textu dare compellitur.

46. Quod autem Prates narrat, Episcopum non nullus a
quietilem illis, qui cum ab irregularitate immunita-
cebant, unde obtinente à Summo Pontifice voluntate
facultatem sic procedendi, nihil nobis officit: Episcopo
enim religiosissimum, teneraque conscientiam, et
majorem anime tranquillitatem, sed felle putandum.
Exceptiones *dua circa obligationem Prelati non funda-*
sentem in causa Concupis.

PRIMA EXCEPTIO.

In causa Fidei pro Inquisitoribus, &c; eorum Ministris.

47. Sacri Inquisitores concluso pro*cessu* convicati
contra Hæreticum imp*en*itentem, vel Religiam pa-
nuntiane in eum sententiam definitivam, qua p*ec*catis,
illum esse Hæreticum pertinacum, tum tradant cuncte
potestati*Se*culari*pro*testantes, seu exinde deprecantes,
ut, circa sanguinis effusione*re*, mortis*pe*nitentia*re*
illum puniat. Iudices autem *S*eculares, nullo vi*to*p*ro*
cessu, & sine mora, pr*æ*dictum Hæreticum sub*ie*-
ctum*re*, sive Laicus si*st* five clericus (qui certe prius
degradatus) morte p*ec*catur. Hæc est pr*æ*dicta Tribu-
nalia Sacrae Inquisitionis, in qua queritur, an Inquietus
secuta Heretici deformatione*re*, sunt irregulares? De*sp*a-
etiam lege Emeric*in* *Direc*. *Inquisit.* p. 3. *inform*. 5.
Leg*e* item *Castrop.* T. 1. tr. 4d. S. p. 14. numer. 10. *ad*
de Censur. d. 47. *fec.* 1. *ma*. 13. Dianam p. 4*attra*. 2*trf*. 10.
tantem alios.

48. Et quidem non esse, omnes Doctores convenienter
sed unde, & quare, non convenienter omnes: ergo quod
eo cos, concurrere ad mortem, sed à Summis Pontificis
ab irregularitate liberari, tum propter expedita privi-
gia Inquisitoribus de hac re concepta, tum etiam fore
tacite co ipso, quod ipsi Summissi Pontificis praecipi-
ut sic, & sic procedant in causa Fidei tam sancta, & id
Ecclesiæ puritatem maxime faciente. Atque ex hoc,
quod Inquisitoribus tot privilegia concessa sunt, quibus
impeditur irregularitas, claram mihi sit, non esse vera
doctrinam Castropolias, i.e., & Suarez sit, dicendum:
Ideo Inquisidores non esse irregulares, quia per se
eas actiones, si attente considerentur, non concurret
ad

ad mortem: clarum, inquam, mihi sit: si enim per illas actiones non concarerent ullo modo ad mortem, non indigerent privilegio Pontificis ad irregularitatem evitandam. Confirmatur manifeste, nam dum potestas Sacerdotalis non ex alio processu, nec ex alia sententia, quam ipsa ferat, Hareticum impotenter capite plectit, tota occisionis causa moralis est processus, sententia, & auctoritas inquisitorum. Quia ratione ergo non incurrit irregularitatem, si à Summo Pontifice per pecuniaria privilegia non eximerentur ab illa.

49. Queres. Si non aduersi ciuiusmodi expressa privilia, possemus illos liberare ab irregularitate ex eo solo capite, quod modo indicatum est, putat quod tacite Pontifex illos liberet, eo ipso, quod ius praecipit, ut sic, & procedant.

50. Respondeo. Posse, docet Gambacorta in simili, de imm. Eccl. 2. §. 7. V. Aisque irreg. nota. Is enim sermonem faciens de praepcepto Gregorij XIV. quo tenentur Episcopi, factinoros non exceptos ad Ecclesiam confidentes tradere Curia Sacerdotali, docet, eos non incurrire in irregularitatem, damnum ad mortem, & occisoque dicto factinorofo, quia Gregorius eos ab illa expressè eximit, additque, probabile item esse, eos, non incurrire, etiam si Pontifex expressè non eximisset; statim enim tace eximit, dum sic fieri, ipse iuber.

51. Confirmatur id potest ex Vgol. de Imag. c. 15. §. 6. Ver. Quid igitur universaliter docente, cum, qui ex mandato Pontificis aliquip interficiat, non esse irregularitem, quia ius (inquit) Pontificis est irregularitatem remissio.

52. Verum ego, quanvis id probabile iudicem in materia fidei, immo, & in materia quacunque Ecclesiastica, arque adeo in calo nostro: non enim iudicandum est, peccatum ab Ecclesia institutorum subire debere eum, qui Ecclesia, cuiusque Pastori obediunt universaliter, ut docet Vgolinus, non mihi videtur probabile: nam sic, quando Pontifex, ut Princeps sui status praep. suis Iudicibus, ut morte punient delinquentes, vel suis Militibus, ut occidant hostes in bello iusto, hi Iudices, & hi Milites, secuta horum delinquentium, vel hostium morte, non incurriunt irregularitatem ex defectu lenitatis; quod certe nemo dicit. Quid si Pontifex iniuste praepiceret, ut tu innocetem interficies? Ego sane te irregularitem faciam, ex delicto, si pareas. Dixi mode (ut Princeps,) nam, si ut Pontifex alia esset ratio, de qua dicamus. §. 14. v. 8.

53. Denique hic duo nota. Primo, mihi nequam placet sententiam Ioh. Praep. loc. cit. affercit, non fore irregulares inquisidores, si praedicta omnia rite agant, quanvis omitant protestationem n. 47. dictam; mihi inquam, non placet, quia privilegia concessa Inquisitoribus, & tacita illa Pontificia voluntas, de non incurrienda irregularitate, sunt sub forma prescriptae protestationis; ea ergo protestatione omissa, non habentur privilegia, vel illa voluntas, scitur non habetur ab Accusatore, quando omittit similem protestationem, ut mox §. sequenti declarabimus.

54. Secundum. Quod dictum est de ipsis inquisitoribus, extende propter eadem privilegia ad omnes eos, qui ex officio concurront, vel auctoritatem dant dictæ sententiae late ab inquisitoribus contra hereticos, item ad Accusatores, ad Testes, ad Sæcullares, ad Torquentes eos, ut veritatem dicant, & denique ad ceteros omnes, qui inquisidores adiuvant ad minus ipsorum legitime adimplendum, dammodo hæc faciant in Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, & immediate ad executionem sententia de deformatione non concurrent. Legi Avilam, de Cens. p. 7. d. 5. 6. et. 2. dub. 2. Henr. l. 4. c. 6. 12. n. 5. liter. B. Sayr. de Cens. 6. c. 18. n. 15. aliosque.

SECUNDA EXCEPTIO

De Degradatione, que à iudicibus Ecclesiasticis infligi solet.

55. Quicunque ex Prælatis, qui legitimè Clericorum degradans, eum Sæculari foro tradit, etiam positivè, &

directe eum tradendo, nullam incurrit irregularitatem, si forte degradatus à judice Sæculari morte puniatur, modo Prælatus adhibeat protestationem, seu intercessione preceptam in Sacro Textu, quam expressam in Pontificali facile poteris legere, quamque habes apud Molinam, tit. 4. tr. 3. d. 49. n. 13. aliosque ciuitatos à Bonac. de Cens. d. 4. p. un. num. 21. siue aliosque solemnitatem Degradationis explicantes. Ratio est fere eadem, ac dicta de inquisitoribus. Si eam protestationem non adhibeat, idem die, quod modo nunc præcedenti de iisdem inquisitoribus dictum est.

§. XI. De irregularitate ex defectu lenitatis, que oritur ex cooperazione ad sententiam sanguinis per accusationem.

1. Textus C. prælatis de Homic. in 6. sic habet: Prælatis, vel Clericis quibuscumque, qui de Laicis suis Malefactoribus querelam penes Sæcularem Iudicem depontentes, & petunt emendam sibi fieri, & provideri, ne contra eos talia de cetero praesumantur, protestando expresse, quod ad vindictam, seu panem sanguinis, non intendant, imputari non debet, quamvis de Iure debet panis sanguinis irrogari, si index mortem illis infierat, iustitia exigente.

Hæc Textus, cuius tres clausulas breviter expendimus, nam ceteræ clariore explicatione non indigent.

Prælatis, vel Clericis.

2. Quamquam, Textus mentionem dumtaxat facit de his; eadem tamen ratio est de Laicis. Illud tamen discrimen est, ut Laicus accusator non custodiens, quæ in hoc Canone prescibuntur, secuta morte accusati, incurrit solum in irregularitatem, at Clericus, præter irregularitatem, incidat etiam in peccatum, ut habet Suar. de Cens. d. 40. scđ. 4. n. 8. Sayr. de Cens. 6. c. 18. n. 3. Clerici enim propter suum statum curare debent, ne fiant per irregularitatem inepiti ad Ordines. An peccatum hoc sit ex se mortale, ex dictis lib. 3. opus. de Sacrific. Miss. c. 1. §. 8. à n. 7. coll. gi potest.

Querelam deponentes.

3. Sive denunties, sive querelam exhibeas, sive formaliter accuseas, nisi in casibus in hoc Textu concessis, de quibus inox, semper eris irregularis, secuta deformatione rei, quia sic mortaliter influis in illam, & tunc numeratis inter Ministros iustitiae.

4. Hinc multo magis Custodes viarum, quibus curæ est, referre iudicibus quicquid ibi agi contingit, si referant delicta aliquorum, unde eorum aliquis reformetur irregularis, si ab ipso fiat protestatio, de qua mox n. 34.

5. Quid de homine private, qui cum passus sit aliiquid à tute, petat à judice, ut malefactor capiatur vel ubi latet, ostendit, vel similia.

Respondeo. Hic inter accusatores est numerandus. Ita Squillat, ob lig. Cler. p. 6. n. 93. Sayr. lib. 6. c. 18. n. 7. defert enim crimen Iudicii: impediri tamen posset irregularitas, si ab ipso fiat protestatio, de qua mox n. 34.

6. Quid de illo, qui furem inventiens domi, vel videns furum aportans, clamans, alios convocans: Ecce furem, Ecce furem, eum capite, eum capite.

Respondeo. de hoc mox commodior erit sermo §. 13. n. 24.

7. Movit quidam Iuris Canonici peritus hanc dubitationem. Clericus quidam existens in Ecclesia tradidit Episcopo Malefactorem, qui ad eandem Ecclesiam congerat, contra quem Episcopus sententiam rite tulit, cum non gaudere immunitate, unde eum capientes iudices Sæculares legitimo suspicio punierunt. Dubitavit iuris Canonici professor, an Clericus incident in irregularitate? Sed quidam doctus Thologus distinxit. M. m. 4. Si

416 Lib. X. De Cenf. & Irreg. Tr. IV. de Irreg.

Si Clericus ex se Malefactorem Episcopo tradidit, sciens, vel dubitans, de periculo eius mortis, irregularis erit, sed si ne dubitavit quidem, nullam irregularitatem incurrit. At vero, si tradidit Episcopo, ipso Episcopo mandante, non erit irregularis, quia, tunc egit, ut minister Episcopi & ut unum faciens cum illo, quem Gregorius XIV. liberat ab irregularitate, ut diximus modo §. 10. n. 52.

8. Ego etiam si Clericus ex se tradiderit, semper excusarem ab irregularitate, quia non tradit, ut minister Iustitiae Secularis, puta, nec ut Satelles, nec ut accusator, nec ut Delator, nec ut testis, &c. At solos Ministros iustitiae incurrit irregularitatem hanc ex defectu lenitatis, mox lat confirmabimus. Adde, traditionem hanc semper esse ex tacito mandato Episcopi, qui non vult in suis Ecclesiis Malefactores, immunitate non gaudentes.

De suis Malefactoribus, quoad malum illatum.

9. Suis (inquit Textus) Quare is, qui illum accusat, à quo in propria persona, vel propriis bonis lèsus fuit suum Malefactorem in omnium sententia accusat, unde, si Dominus si Prelatus, Regularis, si Magistratus, cui ex officio incumbit curare bonum publicum, accusent cum debita protestatione eos, qui Servum, Religiosum, Vassallum offendunt, suum Malefactorem accusant, quia Servus, Religiosus, Vassallus sunt respectivè de bonis Domini, Prelati, Magistratus. Addit Bonacina, loc. max. citando idem est, si modo dicto accuses eum, qui offendit aliquem sub tua protectione existentem.

10. At comprehenduntur hic mater, pater, consanguinei, ita ut si hi accusent eos, qui filium, filiam, consanguineos, &c. offenderunt, &c. contra, dicantur accusare suos Malefactores.

Respondeo, inum mihi hinc esse certum, alterum non item. Certum est comprehendendi, si accusent de contumelias, & iniuriis factis contra predictos: nam iniuria facta filio, vel consanguineo indicatur esse patris, vel alterius consanguinei, & è contra. Quare, si accusent, rectè possunt dici accusare suos Malefactores. Incertum autem est mihi, si accusent de damnis illatis realibus, hoc est de bonis temporalibus, v. g. de pecunia per futurum sublata. Cum enim pecunia patris sit pecunia filii, & pecunia consanguinei, multo minus, sit bonum reale alterius consanguinei, non possunt furantes pecuniam ab uno ex his, dici Malefactores alterius. Quare Bonacina de cenf. d. 7. q. 4. p. 2. n. 3. Vgl. de irreg. c. 6. §. 9. num. 4. cum aliis negant sine irregularitate posse predictos accusare. Sed Coninch. de Sacr. d. 18. dub. 10. n. 93. Ioan. Præp. 3. p. 9. 5. de irreg. dub. 13. num. 101. Diana p. 4. tr. 2. ref. 33. concedit, semper cum debita protestatione. Ratio fortasse est, quia etiam quoad bona realia malum illatum meo consanguineo propter connectionem sanguinis potest dici meum. Qui autem hi consanguinei sint, qui possint suorum nomine venire, habes apud Clarum, in Praxi crit. q. 14. V. Volo & Abb. c. de cat. n. 7. de testib. Felin. C. cum dilectus num. 9. de accusar. aliosque qui suorum nomine venire, docent Parentes filios, nepotes, aliosque ascendentis, descendentesque, quibus addunt Diana, & Coninch. II. cc. fratres.

11. Plus addit Gibalinus, de irreg. c. 4. q. 3. num. 60. citans Suar. d. 47. s. Et. 2. num. 12. & 15. Putat enim, quando accusatio est necessaria, ad reparandum damnum iniurie (de quo hinc agimus) tertio cuique illatum (etiam si omitti accusatio posset sine peccato (non fieri civiliter accusantem irregulariter (intellige, si non est alia via illud reparandi) quia non praesumitur Ecclesia, voluisse impedit licitam defensionem, & auxilium Innocentum. Intellige item cum debita protestatione inex explicanda, saltem pro foro externo, ut haber idem Gibalinus ibid.

12. Quæres, Si damnum mihi à Grassatore v.g. illatum

alio modo mihi compensare, quam accusando possim, possum nihilominus illum accusare, & latens confirmatione, non incurre.

Respondeo, cum Bonac. l. c. 3. Squill. l. c. 94. Sm. de Cenf. d. 47. s. Et. 2. n. 7. contra Aug. V. Hom. 4. contra Silvest. quest. 8. posse, immo, esto contra Castrenses, quia hic modis accusationis absoluere est à Sacris Canonibus concessus, si agitur de tuo domino: id enim non extendit ad calum, in quo agitur de danto allato alicui tertio, nam propterea modo n. 11, in causa damni alieni interposui illum parentem (intellige, si non est alia via, &c.

Quoad malum inferendum.

13. Scio. Petrum parare insidias suo adversario. Ego id denuntio iudici, unde Petrus convictus deformatus, crone irregularis. Scio Petrum moliti rebellionis contra Regem, iudici id denuncio, unde Petrus morte punitur, crone irregularis & sic de similibus.

14. Respondeo. Pro tota hac questione sit hec regula. Si accusans accuseret, deferat, denuntiet compulsa agere iustitiae, vel charitatis, ne scilicet damno illo immunit, afficiatur proximus, liber erit ab irregularitate. Ratio regularis est, quia lex hæc irregularitatem, Chirilli mandatim referens, non potest sufficere inducta cum damno Innocentum, obligans ad non manifestandos eos, qui mala moluntur contra proximum, & que obligant ad non observanda præcepta charitatis, atque iustitiae. Quales ergo quis, ut observet dicta præcepta, accusetur, servatio præcepti facit, ut ea accusatio sit, & consequatur in honestate observationis præcepti, & valde per accidens censetur, quoad ipsum, consequens est.

15. Fit autem accusatio, seu denuntiatio ex obligatione præcepti, si concurrant duo. Primo, ut fiat de male, quod in futurum immineat. Secundo, ut malum sit publicum, sive private persona non possit averi, nisi accusatione, vel delatione. Quare, si potest averi ab modo, vel, si potest solum per denuntiacionem, muti pendens in genere sine designatione persona, ut non illo alio modo non uratur, sed designes personam, irregularis eris, secuta de formatione, quia tunc ab eo denuntiatio ex mortivo charitatis, non tamen ex obligatione sive eiusdem charitatis, sive iustitiae. Ita Docet Sua de Cenf. d. 47. s. Et. 2. n. 14. Farinac. q. 9. rim. 51. num. 67. Fill. tract. 19. c. 9. num. 2. 49. late Gibal. de irreg. c. 4. q. 3. num. 3.

16. Atque in predicta delatione fida ex præcepto obligante non est necessaria protestatio, ut contra Cœtianum, aliisque ap. Sayr. l. 6. de Cenf. c. 9. n. 11. reddit docet Molina; Tom. I. tr. 2. d. 109. n. 7. Avila p. 7. de Cenf. d. 5. s. Et. 2. num. 12. hæc enim est remedium infinitum in Sacris Canonibus ad removendam irregularitatem, quæ alias ex delatione erat incurvata. At ex delatione fida ex obligatione præcepti, nulla unquam incurvata est irregularitas.

17. Ex dictis collige cum Suar. loc. cit. num. 16. ita differimina inter accusantem in causa propria, & accusantem in causa aliena, nam ad causam irregularitatem, accusare in propria causa quis potest. Primo, cum ob damnum sibi illatum modo supradicto, ut per cavendum malum de futuro. Secundò, potest, etiam si damnum sibi illatum alia via reficeri sibi possit, ut diximus n. 12. Tertiò potest in causa, quo ipsi iuxta eam, & permissa accusatio, quamvis nequam obligans. At in causa aliena. Primo, non potest quæ deramnare, accusare, nisi de damno futuro imminente, & forte de damno illato, quod ex Gibalino indicavimus n. 11. Secundò, non potest, si alia via obviare valat predicto damno inferendo, quod est dicere, non possit nisi ad accusandi, vel denunciandi obligatio.

His adde, in propria causa, & in casu dicti n. 11, omni-
nō premittendam esse protestationem, sed in aliena hac
obligante, non item, ut dictum modo est n. 16.

*De deferente malum lege, unde nihilominus mors
accusati secuta sit.*

18. Quidam non multis abhinc annis iusti accusavit
suum adversarium de levi crimen, vel in causa civili,
eius nullo modo aliqua deformatio debebatur. Sed ad-
versario detruso in carcere plures alii accusatores
apparuerunt cumulantem gravissimum criminum proba-
tiones, unde reus capite punitus interiit. Primus accusa-
tor fuitne irregularis, si protestationem mox dicendam
omisit.

19. Respondi, nequaquam fuisse, quia causa mortis
non fuit accusatio illa levis, que ad summum fuit causa
remota, & occasio. Ita Sayr. l. c.

20. Sed quid, si ab hoc levi Accusatore mors accusati
prævisa fuisset, vel de ea fuisset dubitatum.

Respondeo, fore tunc ipsum levem accusatorem ir-
regularis, Ita Sayr. de cens. l. 6. c. 18. n. 6. si protestationem
omisit, quia tunc prima accusatio conjuncta cum ceteris
non est levis, sed certe gravissimum puntio orta esse præ-
sumatur ab omnibus coniunctim, & illa præviro facit, ut
tua accusatio non sit amplius causa remota, sed proxima
mortis, si enim prævidisti, debebas tibi cavere per cano-
nicam protestationem.

21. Si propter improbatatem, vel malitiam mors in-
fligetur ei quem accusasti de crimen levi, & prævidisti,
vel dubitasti de morte, quia tunc mors oritur con-
junctim ex tua accusatione, & ex iniquitate Iudicis, te
irregularis ex delicto facet.

22. Quid, si accusatio fuit de crimen levi, tibique le-
ve detrimentum inferente, sed cui ex aliquo peculiari
lege mors debeat? Explico, solent Ducez exercitus,
vel Principes, utrum bene, i. in Decal. c. 1. §. 3. a. num. 13.
diximus) ob bonum, fortasse publicum, prohibere, ne
quis fortunam, etiam leve, faciat sub pena capituli; multis
enim militibus parvum fortunum committentibus depa-
perari aliquando hominem contingit, singulis enim su-
mentibus unum vix v. g. racemum, depilatur tota vi-
nea. Quærer ergo potest, an si militem de hoc levi furto
sine protestatione accuse, ejus morte secuta, irregularita-
tem incurras.

23. Respondeo. Sine dubitatione incurris, quia ex tua
accusatione jam cum illa lege, quam supponimus te sci-
re, oritur occasio. Et quidem, si lex est iusta, eris irregula-
ris ex defectu lenitatis, si injusta, certe eris ex delicto,
quia ad occisionem injustam cum judice injusto co-
petaris.

24. Idem dic, si idem latro furum leve ex bonis Titi
v. g. furetur, & aliud leve ex bonis Caii, & aliud simile
ex bonis Antonii, &c. Nam, si illum quilibet ex his la-
tronem accuset sine protestatione, unde is ob multiplicata
illa farta morte plectatur, eris propter eandem rationem,
accusans irregularis.

25. Prates in manu, de irreg. d. 4. o. 4. §. 6. n. 32. sol. 302.
affter accusatorem propter leve sibi damnum est dicto
levi furto illatum, etiamque præmittat protestationem,
fore irregularis, quia est contra Christi lenitatem, vele-
te profecti causam mortis ob tam leve damnum tibi
illatum. Adde, ideo protestatione præmissa, conceditur,
posse accuse, ut tollatur occasio, ne inqui grave dam-
num Clericis inferant: at quod damnum est unus uiae
boti, vel unius oboli fursum pati.

26. Verum, posita justitia legis, hæc doctrina firma
non est; clarè enim, & absolue Sacer Textus ab irregu-
laritate liberat eum, qui iustè accusat cum protesta-
tionem, quamvis deinde (Justitia tamen exigente) de for-
metur reus. At, si lex prædicta est iusta, iustè accusat Cle-
ricus j. stéque condemnat Index. Vnde ergo, si præmissa
rite est protestatio, subdendus sit Clericus irregularitati?

Penes Secularum Iudicem.

27. Si quis Ecclesiasticus habeat jurisdictionem se-
cularem, tunc accusare de causa sanguinis apud ipsum
est, eum accusate penes judicem secularis; tunc enim
Ecclesiasticus prałatus, vel judex ab illo in hac jurisdi-
ctione delegatus, judex est secularis.

28. Accusare autem apud Inquisidores hæc locum non
habet, quia supra vidimus ejusmodi Accusatorem eximi
per Pontificis dispositionem ab irregularitate.

29. Et eodem modo accusare quempiam apud Iudi-
cem Ecclesiasticum, ut Ecclesiasticus Index est, hæc lo-
cum non habet, quia Index Ecclesiasticus nunquam ad
penam mutilationis, mortis procedit.

*Peiunt emendam sibi fieri, & provideri, ne contra eos
talia de cetero presumantur, id est agunt civiliter,
non criminaliter.*

30. Ea appellatur causa criminalis, in qua examina-
tur, seu judicatur de crimen alicuius, ea civilis, in qua
agitur solum de interesse.

Pero eadem causa criminalis dicitur agi criminaliter,
si de crimen agatur in ordine ad illud puniendum,
sive per penam pecuniariam fisci commodo attribuen-
dam. Dicitur vero agi civiliter, si de crimen agatur in
ordine ad refectionem damni illati, puta, ut tibi lesio à
latrone pecunia ab ipso tibi ablata reddatur, vel etiam
ad cautelam, hoc est, ne iterum lazo tibi damnum, injuri-
a in quocongerminet. Vide de his Doctores Clar. in pra-
xi crim. §. ult. & §. 1. Macar. de probat. lib. 1. conf. 146. Far.
g. crim. 100. c. 1. a. n. 3. Tusch. V. crim. quando dicitur causa
concl. 1083.

31. His præmissis, dico Primo, agenti criminaliter
non prodest protestatio ad evitandam irregularitatem,
si mors accusati ex vi talis actionis consequatur. Ratio
est, quia hinc protestatio esset contraria factio; si enim
petitio, seu actio tua sit ad vindictam, quomodo co-
hæbet cum protestatione, per quam dicas te nolle vin-
dicat?

32. Dico Secundo, ut evitetur irregularitas ab Ac-
cusatore, seu Denuntiatore, tria concurrent omnino de-
dent. Primum, actionem, quamvis ex se criminalem, non
debet criminaliter intentari. Secundum, debere præ-
mitti protestationem mox explicandam, quia ipsa est de
forma necessaria, ac substantiali. Ita Vgl. de irreg. cap. 6.
num. 1. Tertium, ut accusatio, seu delatio non sit, nisi de
iis, quæ sunt necessaria ad prædictam actionem civiliter
intentam.

33. Nota, quando in quodam Textu, C. Postulatis de
Homic. excusat ut irregularitate is, qui prætendens
interesse, agit criminaliter, non esse contra prædicta: In
hoc enim Textu illud (criminaliter) accipitur materialiter,
hoc est agere, vel accusare de crimen, nam propterea
additur prætendens interesse) non ergo prætendens vin-
dicit, quod esset agere criminaliter de formaliter. Ita
rectè explicat Avila de cens. p. 7. d. 5. sol. 2. d. 1. o. Val. diff. 2.
V. Accus. cum aliis.

Protestando exprese.

34. Forma hujus protestationis, quam Canonican
appellamus, quia est à Sacris Canonibus præscripta, hæc
est tres clausulas continens.

*Accuso Primo, C. Postulatis de Hom. in 6. vel denuntio
Petrum v. g. graffatorem de furto mibi illato, ac Secundo pe-
to, ut damnum mibi reficiatur, & caveatur, ne in futurum
simile quid is contra me molitur; expresse tamen Tertio,
profiteor a dico, nolle me, ut contra ipsum Petrum vindicta
sanguinis exerceatur.*

35. Si à te exhibentur priores duæ partes dictæ pro-
testationis, omissa tertia, nulla erit protestatio, quia in
terris maximè consistit forma ipsius.

36. Pz

418. Lib. X. De Cens. & Irreg. Tr. IV. de Irregul.

36. Præterea est facienda coram eo, ad quem deferatur delictum, seu delictum jam curit, id est, vel in ipso primo iuramento querela, vel antequam processus fuerit absolutus, vel saltem antequam sententia fuerit lata, quia sic potest semper impediti, quantum est ex parte Accusatoris, rei deformatio. Ac post sententiam, licet ante ejus executionem, inutiliter fieret, quia executio impediti non potest post latam sententiam. *Leg. Avilam loc. cit. dub. 9. Sayr. de cens. c. 18. n. 3.* alioque.

37. Quoniam vero à jure non requiritur, ut hæc protestatio fiat cum scriptura facis erit, si solis verbis proferatur, licet ad majorēm probationem, consulendum semper sit, ut fiat in scriptis, coram testibus, in foro judicario.

38. Denique non est necesse, ut fiat ex vero animo liberandi reum à deformitate. Licet ergo, vel Primo scias, videasque crimen, quod defers, esse grave, unde certò mors reo sit inferenda, vel Secundò, tu illam maximè exoptes, & ficto animo externe protestaris, evades, morte secuta irregularitatem: quicquid in hoc secundo aliqui, ut *Nav. d. c. n. 226. Sylv. V. Homic. g. 2. §. 8. Ang. V. Homic. §. 6.* contradicunt, quia satis tu servas, quod Canon precipit, præcipit autem duntaxat, ut tu monstreres velle Christi lenitatem; &c. & ita sustinet Coninch, *de Sacr. d. 8. dub. 10. n. 93. G. Hort. de irreg. diff. 1. n. 141. Diana p. 4. tr. d. 2. ref. 75.* alioque.

Injustitia exigente.

39. Ex hac clausule advertis, tibi nihil suffragari protestationem, si verum crimen detulisti, sed illud per falsos testes probasti, vel si judicem maneribus subornasti, vel eundem meum compulisti: sic enim non adcessit conditio iustitiae, immo, sic, te fore irregulariter ex homicidio injusto, si illud sequatur, nulli dubium esse potest.

§. XII. De irregularitate, quam incurunt testes in judicio ratione cooperacionis ad occisionem iustum.

1. **T**estis quicunque iustè testificans, seu approbans, coram judice Laico in causa sanguinis, sit irregularis ex defectu lenitatis. Ratio est, quia cooperatur ad deformationem, ad quam damnum quis non potest, nisi causa per testes probetur, nam propter ea testes sunt ministri, seu sunt assumpti, ut Ministri iustitiae. Exice, nisi quis testificetur ex obligatione præcepti.

2. Dixi (quicunque) id est five Laicos, five Clericos (quicquid dicat Farinac, *q. crim. 61. n. 66.* al iisque ab ipso citati, excludentes testem Laicos ab hac irregularitate) nam lex Canonica de irregularitate considerat actionem testificandi, illamque irregularitati subiecti: at actio haec eadem est in Laico, atque in Clerico. Ita Covarr. in *Clem. s. furios. p. 2. §. 5. n. 5.* *Suar. de cens. d. 47. sect. 3. n. 2.* alioque. Solum nota clericos peccatores sic testificando; id enim his est prohibitum, ut fusè tradit *Avila de irreg. d. 3. sect. 2. dub. 13. concl. 1.* probatque, id quod non est in Laico, addens, Episcopum non posse dare licentiam Clerico testificandi in causa sanguinis contrarium, sed solum in favorem.

3. Nota. Si testes fuerint multi, omnes incurront in irregularitatem, morte testificati secuta, quia ex omnium testimonio concludatur veritas totius iudicis.

4. Dixi (seu approbans) non solum enim testis examinatus, sive iuratus, sive non, sed etiam qui, quinque sua auctoritate approbat, ut reus torqueatur, &c. hic comprehenditur: hi enim sunt, ut ministri iustitiae, istaque index ostendit, ad condemnandum reum.

5. Dixi (iustè) si enim iustè testificaris, unde quis accidat de formari, te fieri irregularem ex homicidio injusto voluntario patet ex supradictis.

6. Dixi (coram judice Laico) nam, si sis testis coram Ecclesiastico, qui nunquam procedit ad deformationem,

nem, vel coram inquisitore, à quo per privilegia ipsius ablatam esse irregularitatem non multo ante diuina, hæc non comprenderes.

7. Dixi (in causa sanguinis) quia in causis meritis libibus, ut item in causis, quibus non est usus quædam formatio, potest testis quis esse sine mea irregularitatem, si deinde judex ex his suis testificatore procedat, vel propter imperitiam, vel propter iniquitatem, formandum reum, ipse judex imputabitur de summa, non tibi, quando id nullo modo prævidisti, nam si prævidisti, ne sufficienter cavisti, te ille irregulariter dilecto supra diximus §. *præced. n. 21.*

8. Dixi denique (excipe, nisi quis testificare ex obligacione, &c.) nam tunc propriæ similes rationes, quæ a tunc diximus de Accusatore *sup. §. 11. n. 14. & 15.* datum est non incurri irregularitatem.

9. Illud aliquando facere potest absolute testificare in causa sanguinis. Nam si judex ex aliis probantibus, nulla prorsus ratione ab ipsis testimoniis nec non sententiæ sanguinis protulit, irregularitate non efficit testificans, quia tunc perinde est, ac si nihil testificatus esset. Ita *Navar. conf. 18. de Homic. Vogl. de Irreg. c. 7. num. 9.*

10. Advertat tamen Testis, sicut idem debet agere ab Accusatore diximus §. 11. n. 32. ne testificari, in ea que ad causam civilem intentandam, prædictamque neq. *flavia sunt.* Si enim sufficit ad aliam causam actionem testificari de futuro, non potest testificari de delatione armorum prohibitorum, &c. At enim potest, si non sufficit, puta quia non valit per predictum causum commissum, nisi probatur fuisse, assecurasse, sive ipsum, &c.

11. Inquires, Testes incurvantur irregularitate, quando testificantur in causa sanguinis pro eo, quæcumque protestatione superioris explicata accusat suum Accusatorem, ut clamnum est relaciæ, si forte infulatum est Reum morti tradat.

12. Respondeo. Probabile est incurre, *tille Cor. loc. cit. n. 4. Vogl. de irreg. c. 6 §. 9. n. Bonac. de Cof. g. 4. p. 3. n. 8.* sed non minus probabile est, non invenire. Ita Farinac, *q. crim. 62. num. 77. Felin. caus. de ceteris.* alioque. Ratio prioris probabilitatis est, quia probatum non incurvendi irregularitatem, concedit quidem accusanti, qui accusat in propria causa; Talius testificatur in causa aliena, in causa enim propria nonque quis admittitur, ut Testis.

Ratio posterioris probabilitatis est, quia Canon cedens id Accusatori, omnino debet id concordare. Talius, securus quid juvaret Accusatori accusare, si de Testes retardarentur à testificando ex causa irregularitatis.

13. Hic autem adverte, Doctores citatos communiter supponere, etiam Testem debet premitere sum protestationem: at certè non minus probabilitate potest, non debere, quia facta protestatio ab Accusatore, sub illa dati Testimonium a Testibus substantilitur, quod est ad ejusmodum accusationem necessarium, id quo colligo, si in accusatione facta fortè non fuit quidem protestatio, tunc enim vero oportet a Teste patiri.

14. Inquires Secundò. Testis meu gravi complicitate testificandum in causa sanguinis criminaliter, tecum ritime irregularitatem?

Respondeo. Si id faciat meu peccati in causis superallatis, urgente nimis præcepto iustitiae, vel Chartis, non incurvare jam factis dictum est superius: At vero si faciat ex meu extrinseco, illato ab aliquo, quinque iudicis, illum cogente, major est difficultas.

15. Dico tamen cum Henric. lib. 14. cap. 12. num. 5. *Suar. de Cens. d. 47. sect. 3. num. 8. Vogl. de Irreg. c. 7. n. 3. Avila de Cens. p. 7. d. 5. sect. 2. dub. 12. G. Harta de Irreg. d. 2. diff. 11. num. 40. Diana p. 4. tr. 2. ref. 51.* cum in irregularitate incurvere, sive iuste fuerit, sive inopportuna tumor. Ratio est, quia semper cooperatio dicitur, quæ-

Caput XV. §. XII. & XIII.

419

his est cooperatio Testium, quando ea est voluntaria, et causa inducens irregularitatem ex Sacris Canonibus: At metus non tollit voluntarium absolute, ut alibi cum S. Thoma fuisse probatum est; ergo, &c. Et ex alia parte his supponimus, non adesse nunc obligationem naturalem iustitiae, vel charitatis iuxta supradicta §. praeced. n. 14.

16. Neque obstat, metum gravem excusat a peccatis, & censure, cum Ecclesia non intendat obligare Fideles cum tanta difficultate, quantum metus gravis, non obstat, inquam, quia haec irregularitas de qua loquimur, non est peccata, vel censura, que contrahatur ex culpa, sed sine culpa ex defectu lenitatis, que fuit in Christo D. Iesu.

17. Scio à Diana, i.e. fine, Coninch. de Sacr. d. 18. d. 10. p. 96. Ioan. P. & P. d. 15. de irreg. dub. 13. n. 105. Bonac. de Cons. d. 7. 9. 4. p. 3. n. 8. aliquis probabilem vocari sententiam docentem, hunc non fore irregularum, sed eorum rationes, si accurate expendantur, nihil conficiunt.

18. Illud denique ne te hic prætereat, testes (idem dic de accusatore, advocato ex officio, &c.) dum causa criminaliter pendet, non posse ad Ordines promoveri, quia, si sint videntes, erunt causa deformationis, atque adeo irregulares: si causa cadaverum, erunt fortalē infames ratione caluniarum. Legi Maiorum, l. 2. de irreg. cap. 7. num. 4. & 5.

§. XIII. De irregularitate, qua oritur in aliis Infractis Ministeri.

1. Preter indices, accusatores, & testes, de quibus haec enim dictum est, incurvant etiam irregularitatem hanc (morte rei, vel mutilatione secuta) Procuratores, Advocati, Consiliarii, seu Assessores, intellige ex officio, idque in causa criminali, nam de aliis, qui concidunt non ex officio dicemus §. sequenti.) incurvant item notarii, seu scribae, commissarii, sollicitatores, qui dicentes, ad dandam iustam sententiam defonctionis ex officio adiuvant. Iustam, dico, si enim ad iniustam, eos fore irregulares ex delicto, iam s̄pē diximus in similibus.

2. Pari modo incurvant Satellites, Carnifices, cæterique, qui executionem deformatis exhibent, vel ei executioni auctoritative assistunt, ne impeditiū executio. Quorum omnium ratio est, quia hi ad deformationem concidunt, tanquam ministri iustitiae.

3. Huc etiam convoco eos, qui occidunt banditos proscriptos, seu foriudicatos, de quibus occidendi, facultatem legitime, ac iuste dedit Princeps, qui tunc quilibet de populo constitutus Minister Reipublicæ. Ceterius autem notari, etiam occasionem non posse licite fieri a Clericis, quia hi non valent constituti Ministeri iustitiae à Princepe: quare, si ipsi prescriptum occidunt, erunt, ait, irregulares ex homicidio iniusto, quia non occidunt ex legitima facultate. Verum id resoluter melius paulo infra: hoc ed. c. 15. §. 14. n. 74. milites occidentes hostes in bello iusticie comprehenduntur, quia tunc ipsi constituti sunt Ministeri contra hostes à Princepe, de illis separatis erit post pauca disputandum.

An contrahatur irregularitas ex defectu lenitatis ab illis, qui cum non sint Ministeri iustitiae, cooperantur in iste ab deformationem aliorum.

4. Theologus v.g. vel iurisperitus legum civilium, vel Sacrorum Canonum, qui non ut Advocatus in ea causa (de hoc enim iam dixi), vel confessarius, vel Parochus, uno verbo omnis ille, qui non est Minister iustitiae, hoc est non habet ex officio adiuvare Iudicem ad sententiam sanguinis ferendam, nec cooperari ex officio ad executionem dictæ sententiae; si inquam, reo occiso, vel mutilato, incurvant irregularitatem, si sine peccato cooperantur ad illam.

5. Si id ab antiquioribus scisciteris, tot distinctionibus te distinguebunt, ut potius scrupulos ingerant, antiquioribus

mūmque opprimant, quam illum per claram doctrinam elevent: Si à non indoctis recentioribus, iisque pluribus, idem inquiras, uno, vel altero verbo te expedient, negabunt enim hos esse irregularares, quia solis Ministeri iustitiae, vel militibus in bello iusto haec irregularitas imponitur.

6. Sed ecce, insurgent statim antiquioris doctrinae tenaciores, Sacrorumque Canonum rigidiiores interpres, & cum Martino Pate in manus de irreg. d. 4. c. 10. n. 5. incho. n. 25. exclamabunt, hanc esse sententiam, nec turam, nec probabilem, nec iure, nec ratione fundatam, immo omnino absurdam, & falsam. At bona verba, quæ, si tempeste vos ab ira, & qua ratione recentiores hanc doctrinam fulciant, sedatis, precordiis, accepit.

Probatur predicta recentiorum sententia.

7. Sententia, quam probandum suscipimus, haec est: irregularitatem ex defectu lenitatis, solum subeant iij. qui ad deformationem, vel eius accelerationem iuste, ut Ministeri iustitiae, concurrunt, quales sunt ea genera personarum, quæ diximus n. 1. 2. 3. & 4.

8. Cæteri, qui ad Ministerios non pertinent, irregularitatem non contrahunt, si sine peccato concurrant, nam, si cum peccato, dicam mox n. 16.

9. Probatio autem potissimum, qua haec sententia persuaderetur illa, est satis efficax, in hunc modum efformata. Irregularis ex vulgari omnium doctrina solum incurrit, quando ea expressa est in Iure. At irregularitas ex defectu lenitatis solum est expressa in iure contra Ministerios iustitiae, non vero contra non ministerios, ergo ab illis dum taxat, non autem ab his contrahitur.

10. Adversari Minorem huius argumenti opposito modo efformari sic: At irregularitas ex defectu lenitatis est expressa in iure contra omnes, sive ministerios, sive non ministerios: Atque pro sua sententia sic concludunt. Ergo ab omnibus sive ministeriis, sive non ministeriis contrahitur.

Possunt affere omnes textus, in quibus fundantur adversarii in hac sua minore firmari: sed mea brevitas id renuit, cum potissimum quilibet possit, si attende eos legat, cognoscere, nonquam in illis expresse contineri, quod ipsi volunt. Addo, satis debere cuique sufficere autoritatem doctissimi Patris Vafq. apud Turrianum, d. Cons. d. 66. dub. 3. & G. Hurt. de irreg. d. 2. diff. 11. n. 40. dicentis, in iure non inventari, pro non Ministeriis, impostram esse eiusmodi irregularitatem.

11. Mihi autem Sacros Canones evolventi solum quædam definitio Clem. IV. & quidam Canon Innoc. III. videatur utenque contra nos asserti posse, quæ propterea hic subscrivo, & solvo. Figura autem casum cum Abbatore, in C. sent. ne Clerici, vel Monachi, & aliis, in hunc modum: Princeps quidam cum accepisset litteras à suo ministerio, in quibus monebatur, ut talem hominem facinorosum in tali loco latenter capi uberet, & capite puniri, dedit legendas suo Clerico. Is paruit, legi que unde homo ille mortuus esset: etiam clericus irregularis?

Respondebat Abbas, sile, idque, quia sic definiavit, inquit Clem. IV. qua posta definitio, jā appareat, incurri irregularitatem hanc, etiam à non Ministerio iustitiae; Clericus enim ille iustitiae Minister non erat.

Eadem definitio confirmari potest ex verbis Canonis Innoc. III. C. sent. ne Cler. vel Monach. in quibus expresse prohibetur, ne quis Clericus literas scribat, vel dicit pro vindicta sanguinis definiandas.

12. Verum haec facile solvuntur, nam Primo, de definitione predicta Clem. IV. non constat. Proscrutatur eius authenticæ, & manus fortasse dabimus. Secundò, ea concessa, Clemens fortasse voluit sequi opinionem ea ætate communem Canonistarum. Tertio, quis tibi affirmavit illum Clericum non fuisse ministerium Princepis in omnibus obsequiis, a que adeo etiā in criminalibus expediendis, scribendis, legendis.

13. Ad confirmationem. Respondeo, in eo Textu, ut & in aliis, prohibeti, ne Clerici sint ex Officio Ministeri Principum

Principium in rebus pertinentibus ad sententiam sanguinis, & merita, cum propter periculum, ne secura exequione sententiae sint irregulares, quia rite ad deformationem concurrent, ut Ministris iustitiae, tum, ne conamscatur negotiis secularibus.

Verba Textus haec sunt.

Sententiam sanguinis nullus Clericus dicet, aut profert, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur, interficiat.

Et paulò post. *Nec quicquam Clericus litteras dicet, aut scribat pro vindicta sanguinis distinendas, unde in Curia Principum hoc sollicitudo non Clericis, sed Laicis committatur.*

Vides Textus non clare loqui de quacunque cooptatione, sed de illa, quæ est ex officio? Certe ea verba (exerceat in Curia Principum hoc sollicitudo. &c.) clare dictum officium ostendunt.

14. Sicut igitur hanc sententiam, quæ non multis abhinc annis nova aliquibus visa est, iam nunc esse admundum probabilem, tum proper rationem dictam, tum propter auctoritatem tot Doctorum insignium, qui eam hodie, ut probabilem prædictant, tum, quia innumeros scrupulos à Fidelium conscientiis amovere, quos quidem scrupulos à Sanctissimis pī Ecclesiæ legibus moveri, credendum nō est.

15. Doctores autem eam sequentes plus quam triginta numerat, & citat Diana, p. 11. tr. 2. ref. 63. Patrem Vasq. omnium antesignanum, Torrianum, Delugum, d. 22. de panum, 3. G. Hurt. d. 2. de irreg. diff. 11. n. 4. Lezanum, Basileum, Bauniun, Coctistum, Machardum, Stellam, Ciariatum Antonellum, Verricel. Iohan. Pontium, Brunum, Constantiniū à Castro, Guazinum, Dicastillum, Carpensem, Escobar, Caſtropal. de Cens. d. 6. p. 14. §. 3. num. 7. Valentian, Pelliſarium, Martinon, Remigium, ipsumque Diana, quibus adde novissime Leandrum de irreg. trati. 2. de. 7. q. 3.

16. Siscitatibus Curiosus, rationem copientiae, unde Legislator statuit solos Ministros iustitiae esse dictæ irregularitati subiectos, non vero alios.

Respondeo. Mibi illa venit in mentem, quia Legislator iudicavit cooperationem ad necem, quamvis iustum, sed ex officio, minus habere lenitatis, cum, veluti ex habitu, ad occisiones illas patrandas sit ex dicto officio patratus semper unde, etiam si semel patraverit, ab altari camen eum esse removendum censuit, quia patravit ex habitu. At cooperantem sine peccato, & quidem non ex officio, cum non cooperetur ex habitu, idem legislator iudicavit, non esse alienum à Christi lenitate, unde nec eum esse Irregulari.

Cancellaria, que ex predictis sententiis colliguntur ad proxim.

17. Hinc ergo Primi, illi, qui vendunt (ait Gaspard. Hurt. l. a. n. 39.) aut donant ligna ad vivos combatendos, vel gladios, & funes, aliaque instrumenta ad interficiendos delinquentes; Faber lignarius, qui furcam erigit, Famili non ministri iustitiae, qui à notorio ministro iustitiae dictata de punitione deformitatis scribunt, illi, qui vendunt, vel dorant arma militi eunti ad bellum iustum, Servi non ministri iustitiae, qui adducunt equum Domino, qui est iustitiae minister, itero ad locum supplicij, ibi auctoritatem tributar delinquentis occisioni, illi, qui sive voce, sive punctuatione instigant iumentum, quo interficiendis videntur, quamvis hi videant, advertantque inde mortem delinquentem notabiliter accelerari, confessari, & quicunque alij dantes consilium penitenti, iudici, aut cuiilibet alteri officiali publico, etiam immediato executori, nempe Carnifici, ut occidant, vel cito occidant aliquem delinquente, etiam hunc, vel hunc in particulari, etiam cancellarius negat iudici, vel carnifici absolutionem peccatorum, nisi concurrant ad dictam sententiam mortis, iuste dandam delinquenti, illi, qui privarim, sed non iuridice pertinet à iudice, ut iuste occidat aliquem delinquente, hi, inquam, omnes

non incurunt in irregularitatibus, quia cum conscientia sine peccato, ut supponimus, non incurrit, ut blanda iustitia.

18. Quæres hac occasione, Quando quis predicta vel similes actiones cum peccato exerceat v. g. cum vel mortali contra Reum, qui procurat mortem, vel ex acceleratione, iuste tamē dandam (nam si iuste, illius tunc incurti, deformitate sententiæ, irregularitate delicto) eritne irregularis?

19. Respondeo. Colligo ex Turc. de Cens. d. 6. l. 2. dub. 3. (8 sic supponit Prates in manu, de Ling. d. 4. n. 2. 3. fine, hunc fore irregularem, & quidem ex dicta Rationem huius dicti puto ego, illa illam, quia cum concusus ad occisionem, vel ad eius accelerationem, private exhibitus, etiam in predictis occisionibus iustitia, est, ut privata persona procedens omittit iustitiam, quia iniuritæ actus est procure occisionem, & causam fine causa.

20. Quare, quando instigas v. g. iumentum, provocatur Reus, ut citius sit mortuus, & quidem id rite causa, puta ob misericordiam, ne Reus diuinus stupitur, vel certè id facias nullo malo fine motus, non irregularis, nec ex dictu lenitatis, quia non Ministris iustitiae, nec ex delicto, quia non peccas. Si vero id facias motus ex odio, irregularis eris ex delicto, quia iniuritæ facis; & enim per actum exterrit inimicos tuos alterius, dum, cum fine malo, exterristi iniquos & gaudet, licet odium sit mere internum.

21. Neque dicas. Cur ergo index, vel quinque Minister iustitiae (ut nos docimus in Superioribus) non erit irregularis ex delicto, si Reum metente mortem condemnem, occidatque ex odio? Nec id dicas, inquit, clara è enim est disparitas, nam index aliisque Ministeri iustitiae cum ex obligatione officij hæc faciat, non infaicit, nec contra iustitiam peccant, licet peccet contra Charitatem ex dicto odio interno. Tu vero pīcum non ex officio illa facias, & cum ex alia pars actiones non afficiantur bonitate misericordie, vel dilectionis boni, seu, cum saltem non sit indifferenter sentient in se peccaminosse, & contra iustitiam.

Sed redeamus ad Cancellaria:

22. Hinc Secundo, Cancellarii (at reale Cancellaria apud Diana, p. 4. tr. 2. ref. 99.) inducens sententiam dictæ interrogatum, ad fatendum delictum dignissimum te) si quando tanet est casus, in quo dicens Personam obligatur, de quo in nostro Decal. lib. 3. c. 4. §. 1. dicto est) & ille, qui persuaderet reo iam ad mortem damnatum, ac quieferat inusta sententia, nec velit iniuste appellat, ille privatiss. teste Diana ibid. qui carnifici tem fidelitatem dicat: En iste adhuc vivit, quia occidere carceredit ad reum fuscandum. Hi, in quam non sunt irregularares, quia haec non agunt, ut Ministeri iustitiae, nec semper hinc supponimus) cum peccato.

23. Hinc Tertiò, ille (at Verricellius, 1. q. mor. 13. contra Comit. Bonac. & alios) qui extra iudicium privatum folliciat Cognatos, vel procuratores canse, ut peccata iudicationem, aut peccatum sanguinis iuste instigando, non est irregularis. Et ille Cardinalis (at Diana, 11. p. ref. 63) qui dirixit causam criminalem tanquam privatum consilium dedit, reaptavitque scriptum à Piso & c. non incurrit, fecit Rei more, irregularitate tempore & ille, & hic Cardinalis hac fecerint extra iudicium & tanquam persona privata, nec illam scriptum Cardinalis nomine proprio subscriptum, nec ullum Advocatus munus exercuit in iudicio.

24. Hinc Quartard, (at Torrianus loc. cit.) si enim fine peccato dicat reo, Pergamus citius, vel Agerem citius scalas, non incurrit irregularitate, idque propter dictam rationem. Idem colligit ex codice Turiiano Diana de eo, qui dicit Reo: Suppon cognali recipiendum istum, unde is citius supponit, & de eo, qui orat carnificem, ut aliquid apter, quo hic citius Reo moriatur, tale iudicarem, si ores, ut carnifici apter pulvorem sulphureum in pectore Rei, qui ei vivo

comburendus) & de eo, qui dicit consilium capiendo viam brevioram ad locum supplicii, vel excitando ministros, dicat horam esse tardam, vel populum non distineti.

25. Hinc quinto. Qui detegit Malefactorem (ait Galanus, de irreg. q. 4. c. 13. n. 61.) vel clamat, ad eis latrone, ut is comprehendatur, vocando v.g. famulos, vicinos custodes in auxilium, ut capiant furem, non est irregularis, si fur resistens occidatur, vel à judice morte damatur. Additio, non est presumendum Ecclesiam velle fovere latronum, & similium insolentias, quae certè foverentur, si propter timorem irregularitatem non possemus homines clamare, vel detegere ejusmodi delinquentes. Ne tamen hæc sint, ut ab accusatore, &c.

Et paulo post hoc est n. 61. Qui clamores (aut) excitat vicinos in furem qui capitum, & Iudici traditur, ab eoque occiditur, non sit irregularis, quia ipsomet, ut diximus, potuit eum furem capere, & judici tradere.

Excipe, nisi quando sic manifestans est accusator, vel testis necessarius ad cognitionem cause, vel alio modo id faceret, ut confitetur ad hæc, vel familia minister iustitiae, ut ex supra dictis constat.

26. Hinc Sexto. Medicus (ait supra citatus G. Hart, l.c. n. 43) aut Chirurgus, si juxta artem coreret, mutilete, quamvis ex ea mutilatione, aliave curatione, præter intentionem, eveniat mors, non sit irregularis, quia irregularitas lata est pro iustitia ministri, non pro medico, idque etiam si ejusmodi medicus sit clericus in Sacerdotio, quibus, ut supra nos vidimus, votum est chirurgiam exercere. Fiet tamen irregularis ex delicto, si cum culpa mortalí ex imperitia, vel negligencia, ut ibidem diximus, occidat, mutilete.

27. Quod dictum est de Medico, die de ministrante infirmis, qui si eos veritat ex latere ad latus, vel transferat de lecto ad lectum, vel crigat vel hisdem cibum porrigit, licet ex his actionibus mors, præter intentionem, sequatur, ex quo fiant cum cautela, quæ à prudentibus adhiberi solet, non incurrit irregularitatem, quia prædicti, iustitia ministri nequam sunt.

Deciduntur ex predicta doctrina casus aliqui peculiares.

Dategens casu delinquentem.

28. Colloquebatur (ut referit Nav. Conf. 13. de homic. lib. 5.) quidam de muliere interfecta, cuius delicti auctor ignorabatur: aderat religiosus qui nihil aliud cogitans, interrogavit, an illa mulier esset ea, quam ipse videbat ante tres dies exētum cum suo viro extra Virbem. Admiranda sane humani ingenii sagacitas. Hæc mera interrogatio delata est à quodam ex altantibus ad judicem, qui inquirebat de eo viro, apprehendit, illum fuisse interfectorem, & non multo post extremo supplicio cundens adjudicavit.

29. His relatis, querit Navarr. An religiosus ille fuerit irregularis? Respondetque nequam, Navarr. L. c. cui subscrribit Mol. tit. 4. tr. 3. d. 74. n. 2. quia remissime se habuit interrogatio illa ad condemnationem. Recte, sed addre poterat allatum doctrinam, quia hic religiosus, minister non erat iustitiae.

Dategens sanguinem, unde cognitus fuit delinquens.

30. Satellites deprehenderunt hominem de nocte fermentum occulte sub pallio vas argenteum, suspicentes sum illud fuisse fortis ablatum, unde manus die illud exposuerunt palam in foro, ut comparente forte Domino, si unquam esse probante, convinceretur fur, si eniam deformationis, nempe manus auctoræ amputationem, juxta illius loci leges, subiret. Porro apparuit Dominus, clarissimusque testibus ostendit vas esse suum, convictusque fuit penam luit. Etiam Dominus, qui nullam protestationem praemisit, irregularis. Quid etiam de testibus, qui fuerunt ii aurifices, qui vas construerant.

Pars III.

31. Respondeo, ex dictis. §. 11. & §. 12. clate sequitur, Domum si accusaverit, tunc Testes esse irregularares. At aliqua apparet difficultas est, An, si Dominus non accusaverit, sed solum dixerit sine protestatione, *Hoc vas est meum*, & aurifices dixerint: *Hoc vas nos construximus pro hoc Domino*, incidet in irregularitatem? Et nihilominus ex ibidem dictis colligi potest non esse irregularares. Ratio est, quia dicta Domini, & Auctiūm, non sunt propriæ Testimonium contra Reum. Si enim, qui aliquod indicium manifestat extra iudicium, sed quo Index deinde utitur ad inquirendum de Reo, ejusque delicto, vocantur quidem alii quando Testes, sed valde impræcipi; Testis enim proprie est ille, qui intra iudicium de aliqua re testificatur, & in criminalibus quidem semper in præsencia iudicis, ut ex Authenica de Testibus §. Quoniam in fine coll. 7. habet Glossa in C. Tua nos, de homic. V. Naniis tradidit.

Mittens ad Iudicem interfignia, quibus Latro convictus est.

32. Scholaris quidam, ut narratur in Cap. Thians, de Homic. à fure in hospitio suo vulneratus, cum per intermitentes interrogatus fuisset à judice, ut diceret, si quid fecerit fure, vel tradaret interfignia, si quæ haberet, misit illi coltrum, quem à fure abstraherat, & solum ares, hoc est calceos, quos, ne pedum strepitum audiretur, sibi fur abstraxerat, atque in scholaris domo reliquerat. His receptis à judice signis, furi amputata sunt. Satellitibus virilia, oculique item erati. Fur autem ex dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum, & sic de medio est sublatus. Contraxitne Scholaris irregularitatem?

33. Respondeo. Et quidem Covar. in Clem. si furias p. 2. §. 5. n. 1. Avila de conf. p. 7. d. 5. sec. 2. d. 15. conclus. habet illam doctrinam, ut si iudicium, quod quis dat iudici, pertineat ad cognoscendum Auctorem delicti, ut est in casu proposito, non facit irregulararem eum, qui indicavit, n. veio pertinacæ ad delicti commissi probatores facit irregulararem. Sed haec doctrinam admittere non possum, quia ex utriusque his indicis procedit iudex ad condemnandum Reum.

34. Ego igitur cum Gloria citata, & ex his hactenus allatis puto, hunc Scholarum, ex vi talis indicie à se dari in irregularitatem non incidit, quia sic, nec fuit Accusator, nec Testis in iudicio, solum cum aperuit extra iudicium, quid factum fuit, aperuit, dixi, nam ipse nec accusavit, nec querelam depositit, nec ullam denuntiationem fecit contra Reum. Quare Pontifex Summus merito ipsum pronuntiavit liberum ab irregularitate.

35. Atque hæc quicquid irregularitatem ex defectu lenitatis, quam prædictus Scholaris ex missione illorum signorum poterat ripere, propter secutam mutilationem vitilium, & oculorum effusionem illius latronis. Nam quoad irregularitatem ex delicto ob mortem, quam latro sibi conferit ex occasione sumpta à pena mutilationis, quam Satellites ei infligerunt, manifestum nimis est, Scholarum illam non incurrisse, ejus enim mortis causa valde remorat ipsum fuisse, vel puer vider.

Episcopus tradens Ministris iustitia corpus occisi.

36. Occiditur Petrus, ejusque cadaver in Ecclesia, vel sani loco Ecclesiastico sepelitur. Index autem, ut procedat ad inquirendum de delicti Auctore, vel ad processum contra aliquem melius confirmandum, vel, ut constet de corpore delicti, petit, ut ejusmodi cadaver exhibetur, in piciatique Potestine Episcopus sine metu irregularitatis licentiam ad id concedere?

37. Respondeo. P. ille, aiunt nonnulli, ut Venerus in exam. Episc. l. 9. c. 30. n. 26. Bonac. de contr. d. 3. q. 21. p. 3. n. 11. Laborius Var. l. iii. 2. cap. 7. num. 31. & cap. 12. num. 57. Diana p. 4. tr. 2. ref. 95. alios citans, addunt aliqui debere. Ita Labor. loco citato. Sed profecto, si perficit cadaver, ut constet de corpore delicti, vel ad inquirendum

N n contra

contra personam indeterminatam, quis scilicet delicti auctor fuerit, omnes contentiunt, posse Episcopum licentiam concedere, quia id solum est: quid remotum ad sententiam mortis consecutaram. At d. sicutas veritatis; an possit, quando cadaver requiritur, ut confirmetur suspicio, vel compleatur probatio contra aliquam personam peculiarem. Sunt v. g. iudicia contra Titium, petitur vero corpus Petri interempti, ut videatur, an vulnus datum: convenient, cum gladio, quem Ministri invenierunt sanguine aspersum, sed delinquentem, vel quid simile. Et nihilominus quamvis antiquiores, putaverint, tunc non possit Episcopum licentiam concedere, ne concurrat proximè ad processum sententiae sanguinis contra personam determinatam; tandem ex predicta doctrina, quod irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi a Ministris justitiae, sequitur, posse sine irregularitatibus timore, qui totum, quod facit Episcopus, etiam positivè concedendo licentiam, non facit, ut Minister justitiae, puta, nec ut Accusator, nec ut Testis in iudicio criminali, &c.

tes, cunctos facinas, animantes exhibuant, cibos (juvant enim hi omnes ad occisionem), cum si ipsi immixtæ arma non traducere. Celle irregularis, vel uno dumtaxat occiso, patet ex supradictis. Nonnulli Doctores non ita rigide loquentes de aliquo his, vide apud Dianam p. 11. tr. 7. R. 5. 8.

2. At vero, si bellum sit iustum, distinguendum est, in ejusmodi bellum sit aggressivum, seu offensivum, an vero defensivum.

Et quidem in hoc posteriore nullus, nec Latius, nec Clericus est irregularis, etiam si aliquem propria manu occidat, quia defendere Patriam, est de jure naturæ, & jus Ecclesiasticum in illa necessitate non obligat, eum id, vel sit, vel reducatur ad defensum proprium; quod do tame non exceduntur limites necessitatis defensio, quod mox s. seq. latius explicabimus.

3. In priore autem belli iusti genere, tempore officiarii, pugnantes propria manu, si aliquem occidant, penitentie, sunt irregularies ex defectu lenitatis, ex cap. 1. 2. 2. dist. 5. 1. Leg. Lcz. conf. 23. quia ius cas.

30. Est tamen notanda monitio Congregationis 22 Novemb. 1619. in man. Episc. V. Sepult. in Addit. num. 7. Cardinalium super negotia Episcoporum, quæ apud Gavantum sic habent. Non debet Episcopus dare licentiam exhumandi corporis ad hoc, ut Laici sumant indicia in Criminalibus.

*Episcopus tradens copiam renuntiationis
Clericatus.*

39. Titius renuntiavit coram Episcopo Clericatum idem esset, si Episcopus aliquem verbaliter degradasset & deinde graviter deliquerit, unde à judice seculari comprehensus est. Nunc petit enim iudex ab Episcopo, ve- ejus Ministris copiam ejusmodi renuntiationis, vel de gradacionis, ut feliciter certus de non Clericatu Titi il lum legitimè morti adjudicetur: potestne Episcopus, ve ejus Ministris eam copiam tradere?

40. Respondeo. Diana loc. cit. postquam v. us est affirmasse, quod possit, addit; sed tu cogita. Ego vero cogitarem, si praedictam sententiam doctrinam nescirem, vel enim improbabilem judicarem. Nunc vero, cum videam Episcopum, vel ejus Ministros tradendo copiam talis renuntiationis, vel depositionis, non fungi munere ministri iustitiae Sæcularis, nec Accusatoris, nec Testis in iudicio, censco, probabile esse, quod possint. Non ita esset, si triderent eidem curiaæ seculari processum forte ab ipso Episcopo factum de homicidio commissio à Clerico; illum enim processum cum fecerit Episcopus, ut Minister etiam ipse iustitiae, si deinde occideretur delinquens, concurrente, quanvis solum ex parte; ejusmodi processu, nequaquam ab ipso irregularitas evitaretur.

*Index Ecclesiasticus dans Laico Epistolas
quasdam, &c.*

41. Iudeo Ecclesiasticus potest sine incursum irregularitatis dare iudicium Laico quasdam Epistolas, inventas apud Reum, quibus idem iudex Ecclesiasticus probaverat dictum Reum commissari homicideum preditoris, atque adeo immunitate nequaquam gaudere?

Respondeo, non posse Ratio principalior est, quia Ecclesiasticus datus utiliter non potest has Epistolas, nisi etiam de processu, seu partem processus, quo apparatur, eas Epistolas inventas esse apud Reum: at omnes Doctores clamat, processum judici Laico non posse dari ab Ecclesiastico, ut supra §. 10. n. 21. vidimus. Legem Tancredi p. 2. q. mor. m. 9. q. 1. & seq. qui late hoc prosequitur, sed hujus nostrae solidi rationis non meminit,

§. XIV. De irregularitate contracta à Militibus in Bello.

Si inustum sit bellum, omnes pugnantes, immo omnes cooperantes, quales sunt conductentes Mili-

tes, cunctiones fascinas, animantes exhortantes, ali-
rentes cibos (juvant enim hi omnes ad occisionem), cum
si ipsi immidiae armis non tradirent. Et illae ingrediuntur,
vel uno dumtaxat occiso, patet ex supradictis. Ad Nolum
nos Doctores non ita rigide loquentes de aliquibus et
his, vide apud Dianam p. 117, 17, 7, 7, 8.

2. At vero, si bellum sit justum, dicitur quendam est, et
ei simodi bellum sit aggressivum, fieri.

Et quidem in his est agressivum, seu offensivum, an me-
fensivum.

Et quidem in hoc posteriore nullus, nec Laicus, nec Clericus est irregularis, etiam si aliquem propterea occidat, quia, defendere Patriam, est de jure naturae, et ius Ecclesiasticum in illa necessitate non obligat, cum id, vel sit, vel reducatur ad defensionem propriam quod tamen non exceduntur limites nee clarie diffundatur, quod mox §. s. latius explicabimus.

3. In priore autem belli iusti genere, nempe officiis, pugnantes propria manu, si aliquem occidant, mihi sententia facias.

lentive, sunt irregularares ex defectu lenitatis, ut cap. 2. dist. 5. t. Leg. L. c. conf. 23. quia tunc occidunt, vel iniustri publici exercentes justam vindictam contra hostes. At, si propria manu non occidunt, licet hunc vel etiam pugnant, aliote modo cooperantur ad istum occidendum, irregulariter non incurant, sed Tho. Castr. Laym. Coninch. Nav. aliique quos citat, & seq. Lezana dist. conf. 23. & Castr. de Ireg. 11. s. 5. Diana p. 11. rr. 8. ref. 2. Ratio eti. quia San. Canon. C. Petitione de Homic. non conjugx ratione irregularitate ex defectu lenitatis in Militibus, nisi illis, qui minus sua occidunt, vel vindictam deformationis per se cur quantur.

4. Illi item, sive Laici, sive Clerici, qui ob honestam
causam bello assistunt v. g. ad infirmos curandos, &c.
non incurant irregulatitudinem, quia tanta pietas boni
illius operis, non est punienda irregulatitudine pro-
pter eandem rationem locum huc habent, etiam in villa
injusto, quamvis inde milium annos, ut notar. Hui-
d. 2. diff. 12. de irreg. n. 43. augatur.

5. In prædictis unum est addendum de Clericis, Rato-
le cuius, ipsius esse prohibitum in jure C. Ex multa
Voto Vde Cler. & ex multis Capit. caus. 13. q. 8. propri-
manu pugnare/intellige ex dictis, in bello non nec ad-
fensivo / & quidem sibi ea prohibitione comprehendit,
etiam si sint Duces exercitus, & illi praesint, tamen
multis notar Dianap. 10. tr. 2. ref. 1.

6. Dico igitur Primo, si Clerici in dicto bello iusto aggressivo neminem immediate defontem, nulla ei irregularitate innodati. Nam non ex delicto, quo Clericos non est prohibitum hortari in bello iusto: Negat enim ex defectu lenitatis, quia hanc solum contrahent Magistri iustitiae, quales non esse clericos, jam dixi.

7. Dico Secundò, probabile esse, easdem fore integrales ex delicto, si propri manu pugnantes aliquem defonnent. Ratio est, quia cum ipsi tunc non sunt Ministrj iustitiae, iuste deformant. Id paulo ante §. 13, non; ex Cartario, in simili me dixisse, memini. Vetus cum Castropalao *loc. cit.* addo, sile probabilitas, huc per quidem, non obediendo Sacris Canonibus, qui vere Clericis pugnare propria manu, at non esse irregulari, ex delicto, sed solum ex defectu lenitate. Ratio est quia etiam ipsi tunc occidunt, ut Ministri iustitiae, huc est ut Ministri Principis, dantis validè, ut dixi supra cod. c. 15, §. 10. n. 26, omnibus pugnantibus audionum, ut iuste occident, eto clericus peccet acceptando talis autoritatem.

8. Dico denique Tertiū, mihi tatus esse proponit
Pontifex det ubi sciam Clerico, facultatem; ut neclia
in bello iusto aggressivo, implieat tollere à te incolumis
in irregularitatē, ut nota ibid. Castrop. cum tunc Pon-
tifici x agat, ut Pontifex, & Ecclesiaz Caput. Id quod &
nos inquitinus §. 10. n. 2.2.

§. X V. De irregularitate, qua oritur ex propria Defensione excedente terminos, &c.

1. **Q**vando quis aliquem deformat ad suum, sicutrumque rerum notabilis momenti defensionem cum moderamine inculpatæ tutela, id est nihil faciens supra id, quod morali modo necessarium est ad ejusmodi defensionem, non evadit irregularis; sicut nec ester excommunicatus, si ob similem defensionem percuteret Clericum. Hæc veritas, quamvis olim in dubium verteretur, nunc claris verbis habetur in jure. C. Si furiosus, Cle-ment, de Homicidio.

Si furiosus (inquit Textus) aut infans, seu dormiens hominem munit, vel occidat nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo censimus, qui mortem alteri visitare valens suum occidit, vel mulier invasorem.

2. Quare qui ut propriam, vel etiam alterius innocentis vitam, vel membra servet, vel ut grave vulnus sibi vel eidem innocentii infligendum caveat, quicunque ut propria, vel proximi bona magni momenti, vel honorem & famam tueatur, alium occidit cum moderamine inculpatæ tutela, hoc est, alio remedio ut non valens, non est irregularis. Legi Gibal, de iure, c. 4, q. 3, a. n. 10, &c. 18.

3. Quando tamen quis excedit limites sua defensionis, ut, si potest se defendere alio modo, v. g. verberando, vel mutilando, occidit nihilominus, si irregularis erit ex delicto, quia deformat injunctum ex supradictis patet. Erit autem hoc homicidium casuale, quia se defendens non intendit directe alium occidere, sed se defendere. Hæc, & alia minutiota facile invenies apud Doctores; ut G. Hurt. l. c. diff. 10. Gibal, l. c. q. 2. Delug. & Lez. l. m. x. citam, aliosque ab ipsis citatos, sed tres casus ad hæc illustranda non sunt à me prætermittendi.

Parochus suos excitans ad Bellum iustum.

4. Quidam Parochus, qua verbis, qua æri campani pulso signo, incitavit suos Parochianos, ut se defendent ab incursione quorundam hominum, qui oppidum devastare intendeant, ex quibus oppidanii multos occiderunt. Erit Parochus irregularis?

5. Respondeo Delugo l. 2. R. s. p. mor. dub. 9. aff. rit. seu supponit, Parochus incidit in irregularitatem, Lezana conf. 23. n. 25. Ego ex dictis manifeste colligo, non incidi. Primo, quia ad defensionem innocentis Patriæ prægatuum fuit. Secundo, quia Parochus neminem propria manu occidit, &c.

Sacerdos alium occidens ad propellendam injuriam.

6. Vgolinius c. 29. §. 2. n. 3, hic lepide querit de quadam Sacerdote, qui occidit hominem, à quo arrepta Barba, trahebatur, & illum à se aliter extrahere non poterat, nisi eundem occidendo. Respondeo que hunc Sacerdotem esse irregularem, quia non agebat de vita.

Verum Gibal, de iure, c. 4, q. 3, n. 15. negat ejusmodi irregularitatem, & merito, quia gravissima erat ea injuria ad quam avertendam licite potuit Sacerdos ille injuriante occidere.

Occidens sibi insidias parantem.

7. Idem Gibal, ibid., duo mihi difficultia intrepide & sine distinctione affirmat. Primo, unum, qui sibi insidias parantem anteverit, occiditque, nec peccare, quia se defendit, nec consequenter esse irregularem. Secundo, cum, qui injurium invasorem fugientem incontinenti sequitur, occiditque v. g. post al. p. impactam, nec peccare propter eandem rationem, nec irregulariter fieri. Hæc, inquam, duo sic absolute dicta nulli apparent difficultis. Nam ego l. 6. in Dec. 1. §. 1. n. 15. pro priore ex prædictis casibus, ne tunc peccaretur, requisiui, ut proximis, & in procula parer quis aliud occidere, & §. 3. n. 3. pro posteriori casu dixi, id non esse in praxi recipiendum. Relege locum.

Pars III.

Vt effugiam periculum vite, evitare aliquando possum irregularitatem.

8. Breviter propono easum, quem proponit Delugo, de Inst. d. 8. scilicet 6. n. 86. Veneno infect Petrus fucus comedendas à suo inimico. Verum casu advenit amicus, & comedit, Perro vidente coqu, ne suum crimen proderet, tacente. Estne Petrus hujus amici injustus homicida, atque adeo irregularis?

9. Respondeo Delugo ibid. non esse, quia ex una parte hujus amici mors præter Petri intentionem prorsus evenit, & ex alia, Petrus non fuit iuxta causam mortis amici, qui cum tanto suo periculo manifestandi suum delictum, non temebatur illum monere de veneno.

Vir occidens uxorem inventam cum adultero, &c.

10. Huc reduci id potest: pertinere enim videtur ad defensionem honoris proprii. Evidem de hac re quod Excommunicationem, atque in flagranti crimine occidatur Clericus adulter, agitur in T. ac. De excommunicatis. Si quis suadens: nunc vero loquendo de irregularitate, puto, propter similes rationes, quæ ibid. dicuntur, esse probable non incurtere irregularitatem, de quo argumento plura habes apud Dianam.

§. XVI. De irregularitate qua oritur ex mutilatione.

1. **N**on solum, qui occidit hominem, verum etiam, qui ejus membrum aliquod mutilat, ut saepe in Superioribus per occasionem infinitum est) in penam Irregularitatis incurrit, ejus prorsus species, quæ est ea, quæ incurrit ex homicidio, ita ut sicuti ex homicidio injusto, sive voluntario, sive casuali incurrit irregularitas ex delicto, sic ex iusta simili mutilatione. Et sicuti ex homicidio justo incurrit à Ministris justitiae irregularitas ex defectu lenitatis, ita ex eadem simili justa mutilatione. Quare omnes modos, varietatesque, quæ supra haberemus ab irregularitate ex morte secura, die pati modo, haberet ex mutilatione, nam propterea sapientissime utrumque comprehendimus sub uno nomine Deformationis.

2. Vnum tamen, vel alterum discrimen esse inter irregularitatem ex Homicidio, & mutilationem, mox apparabit §. 17. n. 25.

Porro illæ duæ questiones propriæ sunt hujus loci. Primo, quid intelligatur nomine membra, cuius mutilatio irregularitatem inducit. Secundo, quid nomine mutilationis.

3. Adverte autem. Primo aliud esse loqui, de eo, cui ob mutilationem membrum aliquod decit. Secundo, aliud de eo, qui sibi ipse membrum amputat. Tertio, aliud de eo, qui alteri membrum mutilat. De Primo, & Secundo egimus supra c. 8. §. 1. & 2. hic autem solum de tertio agendum est. Relege locum, ubi maxime advertendum dixi, non valere argumentationem ex uno isto rūnum ad aliud, ut ibi explicui.

Cuius membra mutilatio alteri facta irregularitatem pariat?

4. Membrum est corporis animati pars, non quæcumque, sed illa, quæ proprium, ac distinctum munus gerit in corpore, juxta illud S. Paul. ad Rom. c. 12. *Omnia membra non eundem alium habent*, & juxta doctrinam Aristotelis de part. anim. l. 10. c. 5. dicentes, *operationem in corpore esse propter membra*, id est ex membris. Hinc recte ait Bartolus, in l. 4. num. 13. *De pull. Iud. & l. Non sunt ff. De Stat. Homicid. statutum contra amputantem membrum, non urgere contra amputantem digitum, & habentem plures solito digitos, non dici habere solito pluta membra.*

5. Membrum igitur est, quod ex se in corpore est instrumentum propriæ ac distinctæ operationis. Partes autem

N. n. 2. membra

424 Lib. X. De Cens. & Irreg. Tr. IV. de Irreg.

memtri sunt et, quae ad dictam operationem coadjuvant, quales sunt digiti coadjutantes ad operationem manus. Lege Covat. in Clem. si. riosas p. 3. initio n. 8. Nav. in summa c. 27. num. 206. Farinac. 8. n. 63. Sayr. de cens. l. 6. c. 7. aliosque.

6. Hinc capilli Barba, Vngues, cum solum sunt ad ornamentum, atque operationem, vel nullam habeant, vel certe tenuem, membra sine dubitatione non sunt. Contra, Oculi, Nares, Manus, Pedes, & car, qui distincte possent operationibus, certo, & ex omnium sententia sunt membra. At vero Dentes, Genae, Crura, seu Tibiae, & Brachia, ut distincta ab Ore, à Pedibus, à Manibus, cum non videantur habere proprium actum, sed coadiuvare, incertum est apud Doctores, an membra distincta sunt.

7. Mihis in re certa sunt duo, tria aliquibus incerta videntur, quae tamen mihi non videntur incerta.

Certum mihi est Primo, Oculos, Nares, Aures, Lingam, Manum, Membrum genitale, Pedes esse proprie membra, atque irregularitate parere in illo, qui aliquod ex his alteri abscondit. Ratio est, quia haec, extra controversiam, actum, seu operationem distinctam habent.

8. Certum mihi Secundo, Capillos, Barbam Digestos, Dentes, Labia, Nervos, Testes, Palpebitas, Superclivis non esse membra distincta, atque adeo, neque irregularitate inducentia in amputantur aliquod ex illis. Ratio est, quia haec, vel solum sunt ad hominis ornatum, vel ad actum coadjuvant, vel insunt in corpore ad munia quedam communia, & secundaria. Cum testes dixi, non intelligo utrosque, sed alterutrum, nam uno dominata deficiente, non tollitur generandi usus, tollitur, deficiente utroque.

9. Nonnulli inter haec numerant Brachium, & Crux, seu Tibiam, ut separata à Manibus, vel Pedibus, unde dicunt, non fore irregularem eum, qui alteri non habent Manos, vel pedes abscondit brachium vel crux. Verum ego de hac doctrina, valde ambigo, dubitationisque rationem mox aperiam.

10. Dices. Qui dentes alteri excutit, vel labia tundit, vel capillos evellit, vel faciem cutem excoriat, vel similia facit, quamvis membrum non mutilat, tamen illum non ratio reddit adeo deformem, ut reddit simile irregularem ex notabili deformitate, ergo etiam & ipse, qui irregularitatem in altero parit, erit irregularis ex illo principio, quod aliqui tenent, ut Sylv. V. Homic. 2. q. 3. Maiol. de irreg. l. 1. c. 2. n. 10. & l. 5. c. 50. n. 5. eum semper esse irregularem, qui alium irregularem reddit.

11. Respondeo. Negando consequentiam, falsum enim est, ut vult Nav. in summa c. 27. n. 207. Sayr. de Cens. l. 6. c. 15. n. 7. Avila de Censur. p. 7. d. 3. dub. 1. ver. fixem, eos omnes fieri irregulares, qui alios irregulares faciunt; nam qui filium spurium generat, & qui iudex condemnatur reum de infamia, & qui beneficio v. g. mentem sani hominis insanam reddit, non sunt irregulares, de hoc ulti vide mox n. 35. cum tamen irregularem reddant filium, reum, hominem illum.

12. Porro incertum est. Primo. An mulieris mammilla sit membrum? Affirmat Dian. p. 1. tr. 15. ref. 20. Covat. l. c. 7. Salced. de prax. crim. c. 9. Avil de cens. p. 7. d. 5. sec. 1. dub. 1. Aliique negant, quia propriam, & distinctam operationem illa non habet. Suar. de cens. d. 4. sec. 2. n. 9. Sayr. de cens. l. 6. c. 15. n. 18. Farinac. in fragm. V. irreg. n. 597. & V. Clericus n. 373. cum aliis, & cum codem Diana p. 4. tr. 2. refol. 6. tanquam probabilis affirmat, eamque mutilantem ab altari repellit. Ego cum Suario sentio, quia, & Arist. de Gener. animal. l. 4. c. 8. & Galen. de usupartu l. 8. c. 22. & l. de sper. sub init. & communiter alii docent, in mammillis foeminarum sanguinem converti in lac: quare actum proprium distinctum ab aliis membris habent. De mammilla autem Mulieris loquimur, nam mammillam hominis distincta operatione carere, videmus omnes.

13. Incertum est Secundo, an Auricula sit membrum?

Auriculam dico, hoc est cartilaginem aurum ex quam, nam auri, idest totum organum audiendi esse membrum nullus negat.

14. Controversim rem hanc reddidit Gliamp., in summa Cens. V. Auricul. qui docuit, eam non esse à membroPELLANDAM, siquidem illa preparata, fovea sonos, & vocesque, illasque veluti colligunt, ut melius audiantur.

15. Confirmat Primo, ex Speculatorie ita, de dif. §. Iuxta finem, qui quæstiōnē querenti, An abello auricula Malchi facta in horto a S. Petro fuit, crux irregularitatis in Perro? Respondet, non fuisse, quia una non erat inducta irregularitas; intelligit ergo Speculator, auriculam esse membrum, nam teus telponialis, non fuisse Sanctum Perrum irregularis, quia membrum non amputavit.

16. Confirmat Secundo, quia Antonius galba Anachoreta praeditus si Auriculam, ne ab Egypti advocearetur ad Episcopatum. Sentit ergo Antonius, Auriculam esse membrum, quandoquidem eis abdicio debeat illum ab Episcopatu retrahere.

17. Confirmat Tertio, quia, secus, qui alteri Natus abscondit, non esset irregularis, quod nemo concedit. At ita se habet Natus ad odores excipitidos, nece ad odorandum, scimus Auriculam ad audendum.

18. Verum ego te, studiose Lector, ne tem huinc in certam dicas in posterum. Probabilissimum enim est Auriculam, sicut & Nasum, non esse membrum, sed membrorum partes (Nasum dico, non Nates, id est utrum organum olfaciendi, hoc enim est membrum distincte operationis, jam dictum est modo) Rati huic probabilitatis est, quia Auricula, & Nasus coadiuvant ad audiendum, atque olfaciendum secundum dumtaxat, & minus principaliter, cum sine his audit possit, & olfaccere. Ex quo solvit Gliam ratio prius.

19. Ad confirmationem primam, quicquid Speculator responderet potuisse, satis ipsi fuit, per hanc responditionem abscondere radicem totius questionis, dicitur, tunc nondum fuisse prænam irregularitatis inducere.

Ad confirmationem secundam, scimus Anachorete erravit, sane bona fide (nisi ad peculiares sancti spiritus impulsu confugias) amputando sibi antennam, cuius ipse, ut ceterarum corporis partium, Dominus non erat, sic erravisset, si putavisset, id quod Gliam contendit. Fato aut Anachoretam, si Canones fecerit, iisque tunc prodierant, recte potuisse putare, se irregulariter fieri, sibi Auriculam abscondendo, ad irregularitatem enim incurrandam, satius est per Sacros Canones, si sibi quis partem membra abscondit, qualis est Auricula, cum tamen, si alteri abscondit, debet abscondio esse membra, non membra partis, ut modo dictum est num. 4.

20. Ad confirmationem tertiam jam ex dictis patet. Incertum est Tertio, an alteri amputans partem membra sit ab irregularitate semper immunis.

21. Respondeo, quandoquidem multitudine Fill. m. 1. c. 9. num. 13. 6. Suar. de Censur. d. 4. sec. 2. num. 9. Tert. de Censur. l. 9. disp. 67. dub. 2. nimis multa hic congerunt, ego hanc brevem regulam ex variis Doctorum dictis colligo. Quando tanta, & tam notabilis est mutilatio pars membra, ut ratione dicta mutilatio, id, quod remaneat, non possit absoluta dici illud membrum, seu quando id, quod remaneat, habere physicè, & absoluta non possit usum, ad quem ejusmodi membrum institutum est à natura (ut si cui v. g. omnes quinque digni à membris amputentur) tories ejusmodi amputatio dicunt, & eis amputatio membra afferunt irregularitatem in amputante, secus, non item. Ratio regulariter est, quia amputatio tanta pars est vera, & absoluta amputatio membra, cui similis non est amputatio Auricula, vel nasi, de qua modo n. 18. dictum est.

Hinc mihi difficile fuit n. 9. assentiri iis, qui dicebant

amputan-

Caput X V. §. XVI.

425

amputantem brachium, vel crux illi, qui manu, vel pede caret, non esse irregularē, d. scilicet, inquam, fuit: Cum enim brachium, & crux sint magna pars membrorum, interventis ad eorum membrorum usum, qua ratione, qui ille alteri amputet, irregularis non erit.

22. Idem propter eamdem rationem dico de amputante manū ei, qui omnibus caret digitis & de eo, qui à carente pedum digitis, ipsum pedem fecerit.

23. Quid de eo, qui alterius Pollicem, & indexem detruncat.

Respondeo, idem dici debere, quia manus sic amputata sit notabiliter, ne dicam ex toto, inepta ad manus suum exercendum, quicquid in oppositum sentiat Gibal, de irregularitate, c. 40. i. num. 46, nam propterea idem dico tum de eo, qui tres digitos minores simul cum parte manus ipsius correspondente alteri abscondit, iam enim hoc pacto sit manus inepta ad res tractandas, tum de eo qui omnes recte dentes alterius excutit, &c.

Quid veniat nomine Mutilationis.

24. Quod illa mutilatio, quae tollit membrum, inducat irregularitatem, certi iuris est, ut ex dictis, liquet, & nulla questione dignum, At illud dignum est, ut inquiratur, an sola debilitas membrum, quia illud fiat ineptum ad operationes proprias, membro tamen non abscondit, faciat, qui illud debilitasti, irregularē, quia si ex mutilatione, aequivalentē.

25. Aliqui, ut Maiol de irregul. l. 5. cap. 10. n. 8. Graff. l. 2. decif. c. 62. n. 3. aliique absolute afflant, te irregularē facere, quia inquietū paria sunt, aliquid non esse, atque inutile esse, ergo pari pœna est plectendus, qui facit, ut non sit membrum, atque, qui facit, sit inutile.

Suarez vero de censur. d. 44. sect. 2. num. 11. distinguit: Vel ita debilitati alterius membrum, ut, licet ineptum remaneat ad operationes proprias, iuvat tamen in corpore, vel ita, ut omnino aridum à te sit redditum, & nihil profus iuvat. Si priore modo debilitasti, non es irregularis, quia verò non abscondisti membrum: Si autem modo posteriore, irregularis es, quia mortaliter, & aequivalentē tanta asefatio privans vita membrum illud, est mortalis amputatio.

26. Sed nec illi placent, nec Suariz licet ingeniose ex cogitata distinctione. Aio enim absolute, in utroque, & in quolibet alio simili casu, quo non separatur physique membrum à corpore, hanc irregularitatem non induci. Ratio est, quia, ut toties docimus, irregularitas non efficienda, nisi adist expellim ius: at ius nulli iuramentum, vel aequivalentē abscessionem irregularitati subiicit, sed physicam abscessionem detractionem, amputationem, &c.

27. Scio aliquando idem reputari in Iure Civili l. quatuor, ff. qui saif d. cog. l. ult. cum Gloss. C. ad legem Flavia de plagiar. uxorem non habere Maritum, & illum inutilem habere, & in Canonico C. 1. de translat. Episcop. idem reputari de Praetato inutili Ecclesiæ, ac de nullo: sed hac disponuntur, quoad aliquos effectus ex iuri fictione, que non potest procedere, quoad irregularitatem, que expressa debet esse in iure, & pro qua iura nunquam aliquid simile fixerunt. Et quidem signat dixi (quoad aliquos effectus) nam catervum, nec uxori potest proper vitum inutile matrimonium inire cum alio, quia nimis durat vinculum, neque Episcopo inutili, datur successor, sed solum Tit. de Clerit. agrot. coadiutor, &c. ut videas non in omnibus paria reputari non esse, & inutile esse.

28. Dices in Iure Canonico Clem. si furios. de Homic. dicitur causa esse irregularitatis mutilatio, & detracatio: ne igitur altera ex his vocibus sit superflua, illud (detracatio) significabit debilitationem, quas aequivalentē detractionem.

29. Confirmatur, quia in codem, iure C. Cum illorum s. Qui si Claustrales. De Sentent. excomm. mutilatio membrorum, & sanguinis effusio idem consentitur in ordine

ad incurram excommunicationem à pertinente Clericum, non aliud, nisi, quia haec duo sibi invicem aequivalent, ergo idem in calu nostro, &c.

30. Respondeo non esse novum in iure, ob maiorem explicacionem duas ponit voces synonimas, idemque significantes. Adde Pippone, nimirum igitur significare haec significacionem, ut detracatio significet debilitationem.

Adde Secundo, in odiosis non posse à propria significatione vocis ad impropiam deflexi. Adde Tertio, Codicis emendatos allati Tactus habere (mutilare, & occidere.)

31. Ad confirmationem nego causalem. Ratio enim illius in eius in excommunicacionem, quia sive mutilatio, sive sanguinis effusio semper supponuntur facti per percussione, qui ex iure annexa est excommunicatione.

32. Dices Secundo. Qui aridum reddit alteri membrum v.g. manum, illum irregularē reddit, ergo, & ipse irregularis erit.

Respondeo. Huic obiectioni satis responderi potest ex dictis modo.

33. Ex his sequitur eum, qui manum, pedes, vel aliud membrum arcet totaliter, vel auditum, visumque, immo mentem rationeque discursum alteri tollit, si membrum non amputet, licet, ut certum est, gravissime pectet; non tamen irregularitatem contrahit, quia sic, neque occidit, neque mutilat.

34. Sequitur item, cum, qui sibi debilem, vel aridum omnino reddit membrum, si illud non abscondat, vel, sic, se deformet, ineptumque ad Ecclesiastica munia non faciat, non fore irregularē, quia nec membrum, nec partem membri sibi abscondit. Quam doctrinam hic discernendam remisi supra c. 7. §. 2. n. 17.

35. Sed iam superest curiosa quæstionula pertinens quidem ad præcedentias, sed hoc commodius transmisit. Inquiero enim, an si quis ab altero abscondat membrum inutile v. g. manum aridam, incurrit in irregularitatem annexam mutilationi.

36. Respondeo, Suarez sua uitetur distinctione, atque si membrum, quantumvis omnino inutile, vivat tamen, cum qui illud ab se abscondit, certe irregularē, quia vere mutilat corporis humani membrum, si autem non vivat, sed est omnino aridum, & siccum, irregularē non fieri quia tum perinde esset, ac si is membrum abscondet à cadavere.

37. Equidem tantū viri doctrinam veneror, sed ei acquiesceo non possum, etiūmodi enim amputatorem semper forte irregularē, puto, quia semper membrum humanum, seu hominis detruncat, cui detractione, Sacri Canones irregularitatem addixerunt, nihil distinguentes. Nec verum est, perinde esse membrum asefactum ab homine vivo recidere, & recidere à cadavere, qui est homo mortuus: membrum enim quamvis asefactum, aliquid facit ad integratem hominis vivi, & quamvis nihil faceret, certe multum absolute vocare non potes illum, qui membrum, licet asefactum, habet.

38. Qui plura membra alicui mutilat, an plures incurrat irregularitatem, sicut dixi, §. 10. à n. 14.

Qui item dubitat, le mutilasse, an irregularē se censere debeat, dixi item supra c. 5. §. 1. n. 10.

§. XVII. Quis dispenset in irregularitate ex Homicidio.

1. Diversi iuris est dispensatio irregularitatis ex defectu lenitatis, qua ex dictis incurritur à Ministeri initia, & à M. litibus in bello offensivo justo, & dispensatio ex homicidio injusto casuali, & dispensatio ex homicidio injusto, & denique dispensatio irregularitatis ex mutilatione. Separatim igitur de singulis est dividendum.

2. Cum autem hic loquamur de dispensatione, cuius natura semper requirit causam, adverte, quories 10: dictum sumus, hinc, vel illum posse dispensare, semper intelligendum esse cum causa proportionata ad gravitatem

N. 3. vitatem

426. Lib. X. De Cens. & Irreg. Tr. IV. de Irregul.

vitatem irregularitatis, iuxta, quæ dicuntur in Tra-
ctatu de Dispensatione. Hanc monitionem hic apposui,
propter frequentes dispensationes, quæ circa irregulari-
tatem ex Homicidio expediti solent, ceterum in omnibus
dispensationibus prædictis, & in posterum dicendis,
eam esse apponendam, diserte pronentio.

Quis possit dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis?

3. Summum Pontificem posse, nimis est manifestum.
Quid Primo, de Epiloco?

4. Decem & octo Doctores enumerat, licet eos non
sequatur, Pasq. q.mor.cent. 3. q. 226. docentes, posse Epis-
copum dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis;
Ducunt autem hi probationem allatae doctrina à con-
cessione Episcopis data à Tridentino. *sess. 24. c. 9. de Refor-*
concessionemque esse datam, ita deducunt.

5. Datur Episcopis facultas dispensandi in omni ir-
regularitate, præter illam, quæ est ex Homicidio iniusto
voluntario, sed irregularitas ex defectu lenitatis non est
ex homicidio iniusto voluntario; ergo de illa datur fa-
cultas Episcopis.

6. Vides, fundamento, quam appartere solidi, ij
Doctores innittuntur? Quod tamen, etiam indulgenter,
expensum mihi, tibi, aliisque levissimum apparabit, Falsa
enim omnino est dicti Argumenti Maior; Si quidem, Tri-
dentinum non dicit Episcopis dari facultatem dispen-
sandi in omni irregularitate, præter illam, quæ est ex
homicidio iniusto voluntario, sed dicit, dari facul-
tatem dispensandi in omni irregularitate proveniente
ex delicto occulto. At irregularitas ex defectu lenitatis
nequam est ex delicto. Profer, Amice, Tridentini
verba.

*Licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspen-
sionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, que
origitur ex homicidio voluntario, & ea, que est deducta ad
forum contentiosum dispensare.*

Cum igitur Tridentinum solum disponat de irregulari-
tate ex delicto, relinquat irregularitatē ex occisione i.e. ex
ta dispositionem antiquorum Canonum, quæ soli Ponti-
fici, ut omnes scimus, reservavit, ut nobiscum sentiunt
viginti tres Doctores citati ab eodem Pasqualigo, qui-
bus addit ipsum Pasqu. l.c. *Sacculo in praxi Episc. p. 2. c. 6.*
n. 4. Gliani in summ. censur. V. Homic. Leandr. de irreg.
tr. 2. di/p. 7. q. 133. & 137. & rius/s. d. 27. q. 12. & 13.
alioisque.

7. Neque mirum, si eiusmodi potestate fruatur, tum
Commissarius Cruciarum, tum, in ordine ad suos, Praelati
Regularium, pro his enim aliqui putant, (an probabili-
ter dicunt alibi) adesse Pontifici concessionem, quæ
non est pro Episcopis.

8. Dicit Diana p. 11. tr. 5. ref. 6. in fin., candemque opini-
onem, esse probabilem docet p. 4. 1. 2. ref. 6. 9. ex Leflio,
in 3. p.D. Th. c. 2. de irreg. dub. 6. m. 21. per Epicheiam con-
cedi id etiam Episcopis; sed Respondeo, te nimis gratia
singula hanc Epicheiam universalē circa concessio-
nem eiusmodi dispensationis, quæ res universaliter non
admodum est necessaria; Epicheia autem solū in necessi-
tatis quibusdam casibus insolitus locum habet. Nec auctorita-
tatem Leflī obtendas; is enim id non dicit in libris
de Iustitia, se Editis, sed in posthumis quibusdam com-
mentariis certe non magna auctoritatis mihi, & aliis.

*Quis possit dispensare in irregularitate ex Homicidio
iniusto casuali?*

9. Maxime recolendum est, quodnam sit homicidium
casuale, quod mere voluntarium, nam casuale sit non
ex directa voluntate occidendi, sed aliud intendendo,
quale etiam supra diximus, esse homicidium factum in
sui defensionem, excedendo limites debitos; tunc enim
non interdit quis alium occidere, sed se defendere. Vol-
untarium autem sit ex directa voluntate occidendi,
quale nos ex probabiliore sententia diximus §. 6. m. m. 5.

non solum esse homicidium ex insidiis & alias præco-
fultatum, sed etiam factum in rixa subitanea, quamvis ali-
ud fieri in eo tantum calore intendatur id in quantum
maxime recolendum est, in bene intelligatur, quantum se
extendas ea potestas, quæ sola est ad dispensandam ir-
regularitatem ex homicidio casuali, non actu ex homici-
dio voluntario.

10. Iam vero potestatem dispensandi in irregularitate
ex homicidio casuali occulto, & non deducto ad forum
contentiosum, præter Pontificem, de cuius potestate dis-
pensare est in merito causitare, inventari apud Episcopos
respectu suorum ovium, et certum ex Tridentino. *ff. 4.*
c. 6. de ref. vide etiam ap. Leandr. de ir. d. 27. n. 3.

At vero dispensationem ex eodem homicidio casuali
publico non esse apud dictos Episcopos, nisi ipsa com-
mittatur à Pontifice, dispensatio idem Tridentinum *ff. 4.*
cap. 7 de ref. Eius verba hæc sunt: *Si quis proper hinc
cidium casuale, vel causa defensionis incidat in irregulari-
tatem, cui inre quodammodo Dispensatio ad omnes Ori-
enes, Beneficia, & Dignitates debetur, ipsius causa commi-
tatur loci Ordinarios, aut, ex causa, Metropolitana, qui un-
nisi causa cognita, & probatis precibus ac narratis, me ali-
ter dispensare possum. At si irregularitas contraria sit pro-
pter homicidium voluntarium carebit perpetuo sibi dispensationis, &c.* Notas illud *causa cognita, & probatis etc.* id
enim significat Concilium, hic loqui de homicidio ca-
suali publico.

Non est igitur credendum March. de Ord. m. 1. p. 21.
à num. 9. cui addit Io. à S. Th. ap. Diana max. c. 10. ab
solute concedēti posse Episcopum dispensare irregulari-
tatem ex homicidio casuali publico, cui notoriū nō est
to cum illis non credit Leandr. de irreg. tr. 2. d. 27. n. 3.
Diana p. 11. tr. 8. ref. 6. 8.

11. Illud tamen hæc habe ex Henr. in hac irreg-
ularitate ex homicidio casuali quavis publico. & do-
cto ad forum contentiosum, posse ab Episcopo dispen-
sari ad Minores Ordines, & ad simplex Beneficia
cum enim de his directe non agat Tridentinum, la-
vandum est ius commune, & hoc Episcopo con-
dit, an quoad eisdem Minores idem dicere possint in
irregularitate ex homicidio voluntario, dicam mer-
num. 22.

*Quis possit dispensare in irregularitate ex Homicidio
voluntario.*

12. Falsum, & nulla ratione firmum iudicandum cum
communi sententia est contra Abbatem, irregularitate
ex homicidio voluntario esse indocet Ius Divinum.
Quare in illa posse dispensare summum Pontificem, in-
dubitateum est.

Quod si in aliquibus Textibus hæc dicitur indispen-
sabilis, ideo dicitur, quia difficulter obtemperatur, &
cum quibusdam oneribus v. g. ut Dispensatio absolu-
tum ab altari per triennium, ut non celebret in loco
delicti, ut ingrediatur in Ordinem aliquem Religiosum,
&c.

Lege Pyrrhum Corrad. de Dispensatio. 1. 7. & Ma-
cum Leonem, in Praxi Penitentiaria, qui referuntur, ex-
pliqueantur formulas perpende huiusmodi dispensationis,
sive immediate à Summo Pontifice, sive, quando homi-
cidium est occultum, per penitentiarium, sive per Di-
citorium, quando est publicum.

13. Circa illam conditionem, quam solet Pontificis
apponere, ne Dispensatio celebrer in loco delicti, obte-
natum iudicium tertius fuit, an excludatur sububbia. Oci-
disti v.g. hominem Panormi, ob tempore dispensationem co-
lebrandi, sed non in loco delicti, potius celebret in
Eccllesia v.g. Caucinorum, vel Sarca Theriz, vel
Sancti Antonini, quæ sunt sita extra mū. Ceteris
14. Respondet cum Diana p. 4. 1. 4. 1. 12. 3. ref. 6.
dem in officiis sububbia non venit sub nomine Eccl-
esiatis, clo veniant in favoribus. Id ibidem Reg. Iuris
putatum. & limitauit m. quod ad iura d. 2.

15. T. 1.

15. Vides autem in hac responione à Diana supponi, idem esse (in loco delicti) atque (in Civitate, ubi commissum est delictum) Quoniam vero in rigore non idem est, locus, ac civitas, ideo rursus dubitatum fuit, An prohibitus celebrare in loco delicti, excludat alia loca eisdem civitatis? Occidisti v. g. hominem in vicinia Domus Professorum, vel in Parochia S. Nicolai, &c. potesne celebrare in Templo Parochia S. Antonii sit in eadem civitate, sed non in eodem vico, quo in loco commissum fuit delictum?

16. Respondeo. Pyrrhus Corrad. l. 5. de dispens. c. 1. n. 25. videtur favere sententiae affirmanti, sic enim habet: In Dispensatione hanc imponitur aliquando, ut Orator in loco commissi delicti, & quandoque (quod idem est) in Ecclesia loci, ubi commissum est delictum, nunquam celebet. Quod si fuerint duo Ecclesiae aequae viciniores loco delicti, intelligitur ut rurique, ut declaravi Clemens VIII. Hac Pyrrhus. Vbi vides ipsum putare idem esse (in loco delicti) atque (in Ecclesia loci, ubi commissum est delictum) unde quis argumentari sic posset: Si prohibito sit, ne Orator celebet in Ecclesia loci delicti, potest in alia Ecclesia remoto. Ergo, si prohibito sit, ne celebet in loco delicti, poterit in alia Ecclesia remoto, quamvis existente in eadem civitate.

17. Sed profecto mihi id non probatur: amplius enim quid est in loco, quam in Ecclesia, & puto nomine loci intelligi, in hac materia dispensationis irregularitatis ex homicidio, totam civitatem. Esto enim, in iure civili relegatus ab aliquo loco non intelligatur relegatus à tota civitate, tamen in nostra materia irregularitatis clare appetat, Pontificem nolle, ut dispensatus celebet in loco, ubi cum aliorum scandalo facile scaturit, homicidium celebrare; facile autem, & securiter, & videatur à Civibus, qui modo in unam eisdem Civitatis Ecclesiastis, modo in aliam confluere, ad audiendum Sacrum, solent.

DE EPISCOPO.

18. Certè Episcopus nihil potest circa dispensationem irregularitatis ex homicidio voluntario injusto, si ve publicum sit, sive occultum, quia absolute omnem irregularitatem ex homicidio injusto voluntario promanantur excepti Tridentinum, quale etiam est homicidium in subita rixa, ut diximus n. 9.

19. Sunt aliqui, qui dicunt homicidium injustum voluntarium, si sit occitum, vel non inducere irregularitatem ullam, vel si inducat, eam esse dispensabilem ab Episcopo.

20. Verumque dictum est nimis falsum, nam quoad prius, omnes Canones edicunt, omnesque Doctores dicunt absolutè oriti irregularitatem ex homicidio injusto voluntario: At nonne homicidium occultum, homicidium est? Verum de hoc dixi universaliter supra c. 5. §. unico.

21. Quoad posterius: Cum Concilium Tridentinum dicit, & absolute dicit, Episcopum non posse dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario, nec distinguat de noto, vel ignoto, de occulto, vel publico, quia veritate poterit affirmare solum publicum à Concilio Episcopo denegari?

22. Sed potestne Episcopus irregulararem hunc ex homicidio voluntario dispensare, saltem ad receptionem Minorum Ordinum, & ad usum jam antecepitorum, & ad Beneficium simplex? Dico irregulararem hunc, nam de irregulari ex homicidio casuali jam diximus paulo ante n. 12.

23. Respondeo, cum Leand. & alijs tract. 2. de irreg. disp. 27. q. 21. & 22. non posse. Ratio est, quia Tridentinum siff. 24. c. 7. de reform. licet videatur initio limitare potestatem Episcopi dispensandi in hac irregularitate ad Sacros Ordines, deinde tamen addit: Omni Ordine, ac Beneficio, & Officio Ecclesiastico perpetuo careat: que certè locutio omnium Ordinum, etiam Minorum usum, &

receptionem, & omnium Beneficiorum acquisitionem, etiam simplicium comprehendit. Non est tamen improbabile mentem Tridentini fuisse, ut Episcopus possit usum Minorum Ordinum antea receptorum huic irregulari concedere, non vero receptionem aliorum: Beneficiorum autem simplicium acquisitionem, ideo concedere irregulari huic non potest Episcopus, quia Tridentinum sub eadem clauilia conferri prohibet irregulari Beneficium curatum, ac simplex. Quoniam ergo certum est Episcopum non posse dispensare ad Curatum, nec ergo ad simplex poterit. Legi Henrici lib. 13. c. 57. n. 1. legi etiam Avilam de cens. p. 7. disp. 6. abz. 3. Sayt. de cens. l. 7. c. 7. num. 14. aliosque, nec omittas Garisiam, afferentem declarat. Cardin. de Benef. p. 1. n. 136. qui notat pensionem, licet Ecclesiasticam, cum non sit propriè Beneficium, homicidiam hunc ab illius receptione nequam excludi: id, quod nos etiam diximus supra cap. 6. §. 3. a. n. 10.

Quis possit dispensare in irregularitate ex Mutilatione.

24. Quod possit Summus Pontifex nimis est manifestum. An possint Pratali Regularium, vel Commissarius Cruciatæ infra universaliter, & fere reuulsive.

25. Quod Episcopos ergo hic est brevis sermo, & altero, eos posse dispensare in irregularitate ex mutilatione occulta, quia id ipsi conceditur à Tridentino dicta siff. 24. cap. 6, dum enim Tridentinum concedit Episcopis, ut possint in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus dispensare, excepta irregularitate ex homicidio voluntario, cum mutilatio non sit homicidium, clare sequitur, irregularitatem ex mutilatione occulta non esse exceptam, & ita tener communissima sententia, Doctores feci 25. allat. à Barbos. in Cons. Trid. siff. 24. c. 6. de Ref. n. 41. quibus addit Leand. innumerous referentem de irreg. trahit 2. disp. 27. quod. 14. siue mutilatio sit facta alteri, sive ut dixi cap. 5. §. 2. sibi ipsi.

26. Obstat tamen Sanchez in præcep. Decal. lib. 1. c. 10. n. 49. cui acedit Franc. Leo in Trid. fori Eccles. p. 2. c. 4. n. 89. quia in mutilatione, inquit, ex delicto adeo etiam defectus lenitatis, qui ab Episcopis non dispensatur, cum ipsis solum sit concessa potestas dispensandi ex ea parte, qua mutilatio ex delictum, non vero qua deficit a significatione lenitatis Christi.

27. Sed facile respondō, nam Tridentinum, dum concedit Episcopis potestatem dispensandi in irregularitatem contractam ex delicto, concedit etiam potestatem dispensandi in irregularitatē ex defectu lenitatis, quæ imbibitur in ipso delicto; si qua tamen illa ibi imbibita sit, quod supra c. 5. n. 16. negandum esse, ex probabili sententia diximus, dum docuimus, irregularitatem ex defectu lenitatis, solum contrahi à ministris justitiae. Ratio autem, quod id etiam concedat, est, quia Tridentinum absolute concedit potestatem dispensandi, irregularitatem ex mutilatione, ut deduximus n. 25. ergo cur tu limitare illam velis? Et quidem, si esset haec potestas limitanda, Episcopus non posset ipse absolutè dispensare in irregularitate ex homicidio casuali occulito, quia in illo semper esset imbibita irregularitas ex defectu lenitatis, & tamen omnes concedimus ex vi hujus loci Tridentini eos posse. Adde novum esse cognoscere duas irregularitatem ex eodem actu provenientes, ut supra c. 4. §. 5. m. prefert. 18. contra Merellam plurius expendimus.

28. Irregularitatem ex voluntaria mutilatione publica non potest Episcopus dispensare, quia id ipsi non conceditur à Trid. Solum in casuali publica posse, non mihi videtur improbabile, licet apud neminem lege. im. cum illis tamen limitationibus, quas poscit idem Trid. siff. 14. c. 7. Nam quamvis ibi Tridentinum loquatur de irregularitate ex homicidio casuali publico; tamen idem videtur esse de irregularitate ex mutilatione publica casuali.

428 Lib. X. De Cens. & Irreg. Tr. IV. de Irregul.

Si sit publicus ipse defectus membra mutilati, sed dictum facit occultum, posse ab Episcopo dispensari dimicimus c. 8. §. 3. n. 3.

Monitio pro Imperatore dispensationis irregularitatis ex Homicidio.

39. Adverte, Lectio, nequaquam valere. Ita Avila alias citat p. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3. sed eis subreptitiā dispensatioē irregularitatis. Pro secundo homicidio commisso, nisi facta sit mentio de dispensatione data pro primo. Rationem hujus doctrinæ habuisti à me supra fatus, l. 8. tr. 2. de matr. c. 8. §. 2.

Oquid si quem occidi, erat Sacerdos, vel Religiosus, vel Pater, &c.

Respondeo, de his, cum pertineant ad tractationem de Dispensationibus fatus sit, si innuam, te ea videre posse apud Pyrrhum Contrad. lib. 5. de Disp. cap. 1. qui recte advertit, in petitione Dispensationis irregularitatis ex homicidio omnes ipsius homicidii qualitates esse profus exprimendas.

S. XVIII. Quid possit Commissarius Cruciatæ quod Dispensationem irregularitatis predicit, immo & aliarum.

Et remissive, quid possit ipsa Bulla, & Praelatis Regulares.

1. **C**ommisario Cruciatæ his verbis conceditur potestas dispensandi irregularitatis quasdam in Bulla, apud Ludovicum Crucie initia expositionis Bullæ. Ei, qui Commissarius deputatur, datur facultas dispensandi, & compendi super irregularitate cum his, qui, quibuscumque censoriis Ecclesiasticis legati, Missas, & alio Divina Officia, non tam in contemptum Clavium, celebrarunt, seu alias se illis immiscuerant.

2. Et super alia qualibet irregularitate (præter quam ratione homicidii voluntarii, ac Simonie, vel Apostolæ à fide, aut Hæresi, vel propter malum Ordinum sive cœpi-
nem contractam) cum retentione Beneficiorum, & fructuum in eis perceptorum, & infamia, ac inhabilitatis exinde pro-
venientis, abolitione, & executionis Ordinum non male sus-
ceptorum restitutione. Haec tenuis Bulla, cujus minutiora explanationem legi apud Bardi, in Bull. Cruc. p. 3. tract. 2.
præf. 4. alioisque ab eodem citatos.

3. Quid autem possit confessarius electus ab eo, qui Bullam Cruciatæ accipit, diximus latè sup. in tr. de casti-
bus reserv. c. 23. à n. 21.

4. Denique quoad Religiosos, vel loquimur de Prä-
latis, & Confessariis Regularibus comparatione Secularium, & aio, saltē pro praxi, tenendum esse, nullam eos habere potestatem in dispensanda irregularitate
quacumque, quicquid aliqui dicant apud Diana p. 11.
tractat. 4. resol. 3. quos ipse merito non sequitur: eto idem Diana part. II. tractat. 2. resol. 26. fine. Ver. etiam tract. 6. resolut. 4. concedere illis aliquid videatur, & eto multa benigniora concedat, immo pluribus contendat Bruno de Privileg. Regular. tractat. 5. proportion. I.
capitul. I.

Vel loquimur de iisdem Prälatis in ordine ad suos Subditos, & aio, quemlibet ex his sua debere Privilegia confulere, eorumque limitationes, si ad sint, quæ videre possint apud Caftropol. de censur. disput. 6. p. 11. Lezana Ver. irregular. Comp. Privileg. Societ. Ver. dispen-
satio à numer. 2. Donat. tractat. 5. question. Regul. 36. &
tract. 11. quest. 9. Diana p. 11. tract. 2. a res. 1. usque ad 30. Bruno loc. cit. tract. 4.

CAPUT XVI.

De Irregularitate ex Bigamia.

§. I. Præmittitur quid, & quatuorplex sa-
Bigamia.

I. I dicuntur, toto tit. de Bigam, non ordinantis & plu-
ti duo, vel plura valida matrimonii successione concur-
serunt, & consummatum (in quo consuta, Matrimoniū esse consummatum lib. 8. de matr. tract. 5. cap. 7.
dixiss.) Neque ergo sola sponsalia, vel sola Matrimo-
nia tantummodo rata propter Bigamiam constitutum,
tunc enim propriæ ea constitutum, quando quis dividit
carnem suam in plures: Cojuis rei ratio alia non est, nisi
quia congruum visum fuit Ecclesia, ut sancti ipsa Eccle-
sia unica sponsa est Christi, ita eisdem Ministeri non
dividerent carnem suam in plures uxores, si autem di-
siderent, essent irregulares irregularitatis, quam Sacri Can-
ones C. deorsum de Bigamis, vocant ex defectu Sacra-
menti, id est ex defectu significacionis, seu hujus determina-
tio rei Sacra, id est unicæ conjunctionis Sacra, seu
Spiritualis Christi cum Ecclesia.

Potò in universum Bigamia in tres distinguuntur clas-
ses. In veram, quæ est, quam n. præced. diximus. In inter-
petativam, quæ est illa, qua affectus, qui Matrimonium
contraxit, consummatumque cum Vixua, vel cum viola-
bili ab alio, vel cognoscit suam oxorem, quæ cum aliquo adulteravit. In similitudinariam, quæ est, quando quis
post solemne Castitatis Votum in aliquo Religione
contrahit Matrimonium cum quacunque, etiam vi-
ue.

§. II. Bigami sunt irregulari.

1. B igamos ergo sive vere, sive interpretativa, sive
similitudinaria ab Ordinibus recipiendis ele-
pellendos, atque adeo irregulares esse, nimis est injuri-
manifestum. rot. Tit. de Bigam. & passim DD.

Et quidem potest qui propter Bigamian offici plu-
ribus irregularitatibus specie diversi, ut si sit Bigam
ex vera, si ex interpretativa, si ex similitudinaria, ut
aque has esse omnino speciarum explicandas, si forte
earum dispensationem petas, certum sit, ut universale
aliquanto inferius cap. 23. num. 18. admonebit. A deca-
tamen si quis una Bigamia specie labore, sed ex emi-
nitibus solum numero distinctis, contraxit v. g. tres
quatuor, plures nuptias, adverte, inquam, hanc una
dumtaxat irregularitatene incurrit: Scienti una con-
traxit affinitatem cum Maria v. g. ille, qui cum ejus so-
nore multas, reperiitque copulas habuit. Lege Sanctæ
alioisque citatos à Diana part. II. tract. 6. ergo 44. capi-
tate multum Sapientum schola debet ob varietatem fe-
tientiarum, quas eruditæ in lucem eduxit à Theologo
expendendas.

2. Manifestum item est, eisdem Bigamis privata
Ordinum receptorum.

3. Manifestum est denique, eisdem, post inordi-
nem Bigamiam, nullum posse acquirere Beneficium Ecclesi-
sticum.

4. Quæres: Ordinatus, cui superveniat Bigamia, que
detine privilegio fori, & Canonis?

Respondeo, sub necessaria distinctione, Ordinatus in
Sacris nullum Clericale privilegium antrit, ut res
notat Sayr. loc. cit. num. 2. At Ordinatus in Minoribus
utroque prædicto privilegio privatur, imo inde Offi-
ciantis in Minoribus, si ipsi evadant Bigam, sub ex-
communicatione ferenda prohibetur delatio habens, &
consulx Clericalis, Clericalis, inquam, nam, signis li-
gamus fiat Religiosus conversus, poterit ferre habens
iudicium, & consuram Religionis, ac superpellicem,